

Nec subsistit, quod exemptio virtute Privilegii Religionis non habeat locum, nisi in casu, quo concurrant copulative tria requisita stabilita a Conc. Trid. & constitutione Gregoriana, ita ut alio addito servitio Religionis non operetur exemptio. Et tamen tam Conc. Trid. quam constitutio Gregoriana distinguunt personas habentes tria requisita ab illis, quae eis carent: Primas, tam in civilibus, quam criminalibus totaliter eximunt ab Ordinariis, quibus nec delegatum praeservant, excepto casu curae Animarum: In secundis concedunt delegatum in criminalibus, quod arguit harum personarum exemptionem, qua cessante Episcopis competisset Jurisdictio Ordinaria: c. unico, §. h. de stat. Regul. in 6. Clem. quia concurrunt, §. i. circa finem de Religiosis Domibus, Pignarellus. 4. consult. 18. n. 15. & 16.

Ita, omnia alia levioris ponderis, resolutum sunt utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Toletana Jurisdictionis,

Lane 11. Decembris 1690.

PLurima controversarum capita exorta super exercitio Jurisdictionis Ecclesiasticae Eminentiss. Archiepiscopo Toletano attributa, tam Ordinariae in populum Laicum utriusque sexus, Ecclesiasticas, & personas omnes Ecclesiasticas Saeulares M. Prioratus Castellae, & Legionis Sac. Religionis Hierosolymitanae Toletanae, quam Delegatae in concernentibus curam Animarum, & administrationem Sacramentorum, necdum in Ecclesiis Regularibus Curatis, sed etiam in personis curam exercentibus, ut tribus Rotabilibus sententis iudicatae sunt: in quibus etiam praeservatur M. Priori sua Jurisdictione Ordinaria Ecclesiastica in Professores Regulares, & alios pollentes requisitis S. Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 11. vers. Exceptis, & Bulla 67. Greg. XIII. apputatur seminae decisionis coram me sub diebus 10. Januarii & 17. Junii 1689. emanatae, ut quicque superior iuribus huius Jurisdictionis contentis, pacifice frueretur illius exercitio, & eaque omnia munendo speciali inhibitione iudicatio contra alterum respectiva decreta. Sed non satis cum in hac acerrima lite finis unius controversiae sit semper plerum principium, & origo, quod docuit hodierna disputatio, eo tendens non ut iam resoluta, quoad substantiam revocarentur: cui utraque Pars libenter acquievit, sed tantum ut praevius nonnullis reformationibus, seu verius declarationibus nova excitata dubia dissolverentur. Quorum itaque assumptio hodierna die examine placuit DD. respondere reformationes, & declarandas esse ad ambas Decisiones iuxta modum infra exprimentum.

Et exordium sumentes ab illis declarationum Capitibus quae proponuntur a scribentibus M. Priore, eorumque propositam sententiam sequendo: Quibus primum super ex parte Decisionum in quibus affirmatae cumulatim Jurisdictionem in concernentibus curam Animarum competentem Archiepiscopo Jure delegato quoad Ecclesias Regulares curatas, & personas exemptas illam exercentes, & Jure Ordinario M. Priori, intelligendam esse compatibiliter, & simulante, ita ut uterque sive prius, sive postea sua Jurisdictione uti possit, non vero alternative, sive praeventive, id est quod unus praevenciendo alterum impedit, non Jurisdictionem exercet, ut in §. His addentes primae decisionis, §. Prout nonnullis fecerunt, super quo requiritur per Parte M. Prioris declaratae habere procedere quidem posse in visitatione extrajudiciali, & sine processu, non autem quando agitur de ea morum correctione, & remotione abusu, quae expletur forma ordinaria judiciali, & contentiosa, nempe cum processu, & poena infligenda per sententiam ferendam. Primum, quia ex hoc derivaretur absurdum, quod pro eodem delicto quis posset coram diversis Iudicibus dupliciter puniri, & semel absolutus, seu condemnatus iterum vexari, ut in specie de mente Sacrae Congreg. Concilii improbant Barbof. in collect. ad idem Conc. sess. 6. de ref. c. 4. n. 15. & sess. 24. de ref. c. 3. n. 15. de possib. Episc. p. 3. alleg. 73. n. 5. & 31. Faenan. in e. quanto n. 41. vers. ex quibus concludendum, §. n. 109. de offic. Ordin. Garzia de Benef. p. 2. c. 5. n. 194. vers. item censui decretum, Simviva de aduversis q. 24. n. 15. Tondut. de praev. c. 2. c. 5. n. 18. Secundo, quia hoc esset deviare a vera natura cumulatim Jurisdictionis, quae ea est ut pluribus competat in solidum, sed taliter ut praferatur qui praecipue occupavit, & occupaverit §. 8. de Offic. Delegati in 6. Bart. in leg. in n. 4. ff. de possessione. Tondut. de praev. p. 1. c. 1. n. 1.

§. 9. 11. & d. c. 45. n. 2. Covarr. practico. c. fin. in princ. Roia, dec. 254. n. 27. & 28. p. 19. rec.

Verum hanc declarationem admittere renunciant DD. quia ea intelligentia data in praefatis decisionibus cumulatim Jurisdictionis Archiepiscopo competentis Jure Delegato, & Superiori Regulari iure Ordinario, quod fit simultanea, & ita ut uterque ea uti possit, non autem quod unus praevenciendo alterum impedit, quae si regulariter procedit in omnibus casibus in quibus agitur de Jurisdictione delegata concessa ex Conc. Trid. Ordinariis in concursu alterius inferioris Praelati habentis Ordinarium, ut tenent Garzia de Benef. par. 2. c. 5. n. 194. vers. item censui decretum, Grat. disp. 154. n. 40. Garzalez ad regul. 8. in princ. §. 2. n. 21. Tondut. d. p. 2. c. 45. n. 17. Barbof. d. alleg. 73. n. 5. & 31. Eo magis servanda est in praesenti circumstantia ob favorem Curae Animarum, & administrationis Sacramentorum, ac propter necessitatem vigilantiam, quam in ea adhibere debent Episcopi uti re praeside ad eorum minus, & Pastoralis officium spectante ad dispositione Divina, ut patet ex, c. 20. Absum Apostol. ibi: Attendite vobis, & universis grexibus qui vestri Spiritus Sanctus vos Episcopos, regere Ecclesiam DEI quam acquisisti sanguine suo, & Canonica ut in c. 5. §. in Ecclesiis, & c. cum Capella 16. de priv. & c. 6. eodem tit. in 6. c. 1. de verborum signific. c. 1. de Capell. Monach. cum Populis, & Clerus, quibus Curis excoctur sint oves commisit Episcopo ad quem ut Pastorem spectat inspicere an per inferiores Ministros Divina verba bened. & fideliter suis ovis ministraverit. Et haec huius causae finalis subiiciendi Episcoporum Delegata Jurisdictionis personas Curam ministrantes, & exemptas, ut observant Card. de Luca de Jurisd. d. 4. n. 4. vers. circa vero, & de Par. chis, d. 13. n. 4. Spad. consult. 57. n. 6. l. 1. Pignatell. cum 3. consult. 58. n. 5. Rota dec. 391. n. 6. §. 5. p. 13. & dec. 120. n. 7. p. 18. & propter quod caute procedendum venit, ne quidquam decernatur, per quod huiusmodi Delegata Jurisdictione, aut potestatur in discrimen, aut turbaretur, ut accideret si praefatae cumulatim tribueretur sententis quod locum haberet praevencio. Et tamen hoc modo Superiores Regulares praevenciendo possent eludere Jurisdictionem delegatam Episcoporum, ut his ponderatis affirmant Card. de Luca loco supra citato, & Carol. Anton. de Luca ad Grat. disp. 154. n. 21. & vers. hoc cumulatim.

Nec absurdum superius ponderatum circa duplicationem processus, & poene urgete valet. Quoniam minus est tolerare, quod uterque Superior possit punire. Cum magis expediat quod Minister in hoc male fecerit deinde duplici correctione, & Superiori subiacet, quam decernere ea quae parere possent praevencioe aliquid Animarum, & fidelis servitio Curae, prout continetur aliquid decernendo quod directe, vel indirecte lederet huiusmodi delegatam tantam sollicitudinem, & maturitate Sacris Canonibus commendatam Episcopis, ac semper tam per S. C. Trid. & Bullas Apostolicas praeservatam quoad exemptionem in concernentibus curam Animarum. Nec quoad hoc contrarium Barbof. Faenan. caeterique in objecto allegari, quoniam non loquuntur de punitione delictorum respectivam curam Animarum, ut patet ex lectura, & deductum hinc in secunda Decisione, §. Nec ad hoc.

Et haec ita procedere vixi sunt, ut citata de compatibilitate, & discrepantia Decretorum Eminent. Archiepiscopi, & M. Prioris debeat illa Ordinarii, & eius Jurisdictione prevalere, ut notant Barbof. de Jure Ecclesiast. l. 1. c. 14. n. 21. vers. item visitator, Novarius in Lucerna Regulari, verba visitare, n. 7. Rota dec. 336. n. 3. vers. praevencio coram Penna, & dec. 1067. n. 3. coram Seraph. cum adductis in prima dec. §. de si forte, confirmatis in secunda, §. praevencio. Cum hoc tamen ut in casu gravaminis liceat appellare in devoluto ad Sedem Apostolicam quod permittitur etiam a decretis Visitationis & correctionis morum ex S. C. T. sess. 13. c. 1. de ref. ubi Barbof. n. 5. & 21. & c. 10. sess. 24. de ref. ubi etiam Barbof. n. 8.

Quo ad secundum capitulum promotum pro habenda inhibitione speciali contra Dignitatem Archiepiscopalem non impedit privatam visitationem a M. Priore auctoritate Ordinariae extendendam de Hospitalibus, Ecclesiis, Haeremiticis, Oratoriis, aliisque locis nisi intra limites M. Prioratus, in quibus tamen Cura non exercetur. Et hoc congruum esse existimantur DD. Non quia illa Regularia censeri debeant ex sententia de lata talia declarant, cum ab ea pendeat appellatio, quae suspendit illius effectum, leg. appell. d. 1.

de appell. Rota, dec. 46. n. 30. Pars Priolo, & alibi passim, quo stante non debet concedi petita inhibicio non per indirectum, & pervertendo Juri ordinem dicta sententia executioni mandatur, sed motu ex possessione in qua M. Prior reperitur ex visitandi Jure Ordinario, ut probatur, in dec. 390. n. 7. ad 12. & dec. 391. n. 1. ad 11. p. 13. & habetur in prima Decisione super hoc dubio inhibitionis, §. tam magis Propter quod in ea mantentendus est quoque declaratur per rem iudicatam illorum Saeularitatis, c. cum persona, vers. quod si tales de priv. in 6. Posth. observ. 45. n. 26. ad 35. Tambur. de Jure Abb. tom. 1. disp. 15. quest. 6. num. 1. vers. non pendendum.

Quo vero ad tertium caput circa firmata in Decisione 10. Januarii, §. & quoad primam, ubi dicitur requisita exemptionis justificanda esse coram Ordinario, super quo petitur declarari hoc esse intelligendum de simpliciter, & extrajudiciali ostensione exemptionis faciendam ab exempto per Ordinarium requisito non autem de Judiciali, eo nempe in casu quo ultra ostensionem necesse est Judicialiter cognoscere an qui vult illius Jurisdictionem declinare sit nec exemptus, quo casu quaestio hanc dirimendam fore per Sedem Apostolicam, c. cum venissent de Jure cap. Pastoralis de rescript. Cochier. de Jurisd. in exemptis par. 2. q. 12. & 13. Tambur. de Jure Abb. tom. 1. disp. 15. quest. dicto num. 2. ad 5. disp. 17. quest. 6. Frances Urrutig. in Pastoralis Regular. q. 2. quest. 4. Sed id DD. rationabile vultum non fuit existimantibus Eminenti. Archiepiscopo ultra ostensionem, & exhibitionem privilegii exemptionis posse aliqualem cognitionem Judicalem summariam requisitorum assumere, reservata tamen appellatione in casu gravaminis ad Sedem Apostolicam.

Præbuit resolutioni motivum quod Episcopis habet intentionem fundatam de Jure, contra quoscumque Diocesanos uti subditum, cap. Pastoralis de Offic. Ordinarii, cap. in memoriam 19. dist. 1. ad quam declinandam qui se alleget exemptum, debet coram illo docere de sua exemptione, c. cum persona de priv. in 6. cap. cum contingat de foro compet. Tambur. de Jure Abb. d. disp. 15. n. 6. n. 1. Cochier. de Jurisd. in exempto q. 1. q. 8. n. 10. ad 15. Urrutig. in d. Pastoralis Regular. par. 2. quest. 3. ac propterea cum in praesenti casu non videretur in exemptione clara, & notoria, que illico, & incontinenti per exhibitionem privilegii resideret, sed requiritur probatio qualiter quae constituit aliquem privilegium, ut sunt iustificare illa tria requisita stabilita a Sacri Concilii Trident. sess. 24. de reformat. cap. 11. vers. exceptis tamen, & in Bulla Gregorii XIII. in ordine 67. & haec cum aliter impleri nequeat, quam adhibita aliqui Judiciali cognitione saltem summaria, hinc est, quod non sufficit sola extrajudicialis exhibitio, sed ulterius requiritur judicialis cognitio saltem summaria, Gloss. in dist. cap. cum persona, vers. Ordinarii, & ibi Barbof. num. 2. & 8. Sanchez consult. morali. l. 6. c. 9. dub. 4. n. 1. Rebuti in tract. de priv. scolast. priv. §. 3. Idem in mendicantibus, vers. in his casibus, Frances in Pastoralis d. p. 2. q. 3. num. 41. & 42. Fufcus de visitat. l. 2. ref. 20. num. 6. Marius Anton. vers. ref. 18. num. 5. vers. licet dubitandum, & num. 8. Quod etiam non obtineat colligitur ex Sac. Concilii Trid. & Bulla Gregoriana, locis supra citatis, ubi dicitur, de qualitate Ordinarii constare debet, quae verba absque dubio comprehendunt Justificationem requisitorum, Barbof. d. cap. 11. Concil. num. 10. in fine, Mat. Antonius, d. ref. 18. num. 10. Leo in Theaur. Fori. Ecclesiastici par. 2. q. 17. n. 78. Zerola in praxi par. 1. verbo exemptio q. 53. Cochier. de Jurisd. exempto p. 1. q. 20. n. 7.

Nec potest dici, quod inferior hoc casu judicatur super privilegii Sedis Apostolicae, quod improbat, c. cum venissent 12. de Judiciali, Innocentius in c. venerabilis num. 3. & in fine, & in cap. ex parte primo num. 1. vers. Praeterea de verb. signific. Abbas & Felinus, in cap. super literis de rescript. & alii relati per Cochier. d. q. 12. & 13. par. 2. Rota dec. 47. n. 5. par. 15. Quia in casu, de quo queritur non versatur quaestio principaliter super substantia, mente, & veriditate privilegii, quae ab Ordinario, ut inferiori Papae dignitati nequeunt, & ita procedunt auctoritates modo citatae, sed solum an allegans privilegium esse, necne capax illius, eo quia pollet illis qualitatibus illius privilegiiatum constituentibus, quod potest peragi, & cognosci ab inferiori Papae, quia hoc casu potest de privilegio, quam de privilegio iudicatur, Abbas in c. cum venissent num. 3. vers. aut queritur nimis invidiosus, & ibi Felinus num. 1. & 109. de Jure Bald. in pralud. feud. num. 18. & in cap. 1. deleg. Corrad. Gall. observ. 1. num. 13. Guttierrez praef. quest. 13. quest. 28. num. 3. Cochier. dist. p.

2. qu. 12. numer. 2. abique eo, quod opponi mereatur, quod Ordinarius esset Iudex in causa propria, quoniam interesse hoc est in his circumstantiis secundarium cum principaliter agatur super verificatione requisitorum exemptionis, & ob id non impeditur quod minus Ordinarius possit cognoscere, vers. in d. c. cum persona, vers. Ordinarii, & ibi Barbof. num. 8.

Et si daretur casus, quod Dignitas Archiepiscopalis gravaret in aliquo exemptum, poterit ille ad Sedem Apostolicam appellare, ut habetur ex Decreto Sac. Congreg. approbato per Innocentium X. suo motu proprio relato pro extensum, per Frances Urrutigoyti in Pastoralis Regul. p. 2. q. 1. in princ. fol. 38. vers. quanto ad in casu.

Hactenus de declarationibus petitis a Magno Priore, a quibus DD. expediti transientes ad illas postulatas pro parte Eminenti. Archiepiscopi rationabilis apparuit prima consistens in eo, quod ipsi licet sit publicata edita concernentia curam animarum, & alia respectiva Sacramentorum administrationem, prout sunt denunciationses eorum, qui matrimonium contrahere, vel Sacros Ordines suscipere intendunt; Et haec omnia executioni demandant abique eo, quod requireretur sit exequatur Magni Prioris, vel ejus Locatenentium, quibus super hoc specialiter inhibendum esse. Fundamentum refedit in eo, quod quemadmodum Eminenti. Archiepiscopo propter delegatam Jurisdictionem ei concessam in Ecclesiis Regularibus Curatis Religionis Hierosolymitanae, & in personis Curam exercentes potest visitare, corrigere, & punire independentem a quocumque alio Superiore Regulari, ipsoque non requisito, qui neque quovis praeterea, nec virtute cumulative, seu ordinaria Jurisdictionis potest illum impedire in exercitio talis Jurisdictionis delegatae, ut supra probatum fuit, & in specie ex Bulla Pii V. 136. ita pariformiter abique ulla dependentia decernere, & peragere ea omnia licet ibi Ordinarius uti Delegato, quae veniunt in sequelem administrationis Sacramentorum, & curae animarum, prout sunt promulgatae praefata edita, & alia facere ad curam animarum respectiva, ex deductis per Rotam, dec. 340. n. 6. coram Priolo, & dec. 609. n. 17. par. 19. & faciunt decreta Sac. Congreg. Concilii relata per Cesp. de exempt. cap. 22. dub. 322. num. 5. vers. 6. quod Episcopos, & vers. ad extam, cum nulla sit assignabilis ratio, cur in primo casu possit Ordinarius auctoritate delegata ea sine peragere, non ita in secundo.

Eo magis, quia Magnus Prior ex privilegio Apostolicis Religionis Hierosolymitanae concessis est Ordinarius, licet non absolute, & simpliciter, sed tantum secundum quid, cum habeat limitatam Jurisdictionem ad certos effectus, & ad aliquos actus particulares, & creat territorium separatum, ut late probatur in prima decisione coram me edita super Tribunali die 17. Junii 1689. §. & quomodo cum seque confirmata 16. Junii 1690. Et contra vero Eminenti. Archiepiscopo in concernentibus curam animarum, & administrationem Sacramentorum procedit in Ecclesiis Curatis Regularibus, & in personis Curam exercentibus uti Delegatus Apostolicus propter quod in eo, quod respicitur hanc delegatam Jurisdictionem dignior, & major est Ordinarius, cap. Pastoralis 10. §. Praeterea de offic. Judic. Ordinarii, c. sane 11. ubi Gonzalez num. 3. & 9. de offic. Judic. deleg. Rol. de exempt. par. 2. c. 1. n. 7. Frances Urrutigoyti, Pastoral. Regular. p. 1. claus. 10. num. 7. & p. 2. quest. 1. n. 20. Merlin. contrav. sur. tom. 2. c. 64. n. 24. Tondut. de praev. p. 1. cap. 1. num. 14. Fontanell. de past. claus. 4. gloss. 12. par. 3. num. 3. & dec. 323. num. 3. Cancr. var. par. 3. c. 10. n. 88. Ripoll. var. cap. 1. num. 453. Cortiada, dec. 34. n. 3. Et idem ipse in Jurisdictione delegata ex plere valet omnia, quae cum tangunt absque requisitione, & licentia Ordinarii, Felin. in c. fin. de foro compet. n. 22. Januensis in praxi 70. n. 15. vers. nec in Civitate, Rol. de execut. par. 2. cap. 3. n. 19. in fine, Pac. Jordan. de re Judiciali lib. 13. tit. 6. num. 84. Ripoll. d. cap. 1. n. 454.

Et quibus comparatur Justitia alterius declarationis adductae ab eodem Eminenti. Archiepiscopo petente, nec declarat quod in dubio, an delictum concernat, necne curam animarum ad ipsum spectare id definire falva in casu gravaminis appellatione ad Sedem Apostolicam; Cum enim, ut dictum est ipse digniori sit in ratione Judiciali Delegati, Magno Priore Jure Ordinario, inde est, ut orta contentio inter eos super competentia, inde est, ut orta contentio debeat illam dirimere, & declarare, an sita sit Jurisdictione, necne, ut tradunt Innocentius, in c. Pastoralis num. 7. ad medium de rescript. Anguitanus, de legit. lib. 3. contr. 100. 33. num. 51. Marta de Jurisd. par. 4. cap. 120. num. 14. Merlin. d. cap. 64. n. 25. Fontanell. dist. gloss. 13. n. 20. & d. dec. 323. n. 3. Cancr.

Cancer, eod. n. 88. c. 10. Cortiada, d. dec. 34. n. 1. Frances, in d. clasf. 10. n. 7.

CONVERSANA JURISDICTIONIS PRO EPISCOPO,

CUM PRIORE S. STEPHANI ORDINIS HIRO-SOLYMITANI.

Casus per Rotam respectu decisus, ut infra.

De eadem materia jurisdictionis Prælati inferioris in concursu diocesani, quos præsertim ex ipsiusmet diocesanæ concessionis jurisdictione Prælati inferioris originata est.

Et de puncto, an defensio causarum pertinentium ad Prioratus, vel Commendas Hierosolymitanæ Religionis, principaliter pertineat ad ipsam, vel ad Priores & Commendatarios, ita ut gesta cum istis efficiant necne ipsam Religionem.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 De stylo Rotæ, quod literæ exequutoriales antiquæ excedente metum decem annorum non exequuntur, non cognitio de iustitia.
- 3 Item ubi procedunt in contumaciam.
- 4 Sententia, & alia cum Commendatario non citata Religione Hierosolymitanæ dicuntur invalida.
- 5 Copia copie non facit fidem, & quando attendatur, & quid ubi est actus.
- 6 Quæ defendendum non sit consentientibus.
- 7 Quando qui citari debent, utant omisso ejus citationis viciis acta, vel ipsæ cum non efficiant, Et distinguatur inter habentes interesse principale, vel accessorium.
- 8 De privilegio Religionis, ut ei non præjudicent gesta cum Commendatariis.
- 9 Priores, & Commendatarii sunt manuales, & obediuntarii.
- 10 Causa singulorum Monasteriorum, vel Conventuum, aut Commendarum agitantur cum eorum Prælati.
- 11 De jure, & facultate Procuratoris Generalis Religionis.
- 12 Omnes Prælati regulares sunt obediuntarii.
- 13 Episcopus dicitur interessatus in omnibus Ecclesiis suæ diocesis.
- 14 Postea si in diocesi fundata est intentio Episcopi.
- 15 Concessio an probet jus concedentis, & quando.
- 16 Episcopus non potest concedere jurisdictionem, & dismembrare loca suæ diocesis.
- 17 Confirmatio Apostolica invalida concessioni, quando non suffragatur.

D I S C. II.

IN diocesi Conversana adest Oppidum Putiniani, undique ad reliquum ipsiusmet Civitatis, ac diocesis territorii circumdatur, cuius spiritualium jurisdictionem supponitur, per quemdam Leonem Episcopum, mediante solutione sex marcarum ægenti, & centum michelatorum auri, concessa fuisse Abbati, & Monasterio S. Stephani Ordinis S. Benedicti, diocesis concessio supponitur per duos alios Episcopos successores ratificata, & per Alexandrum III. in forma communis confirmata, Episcopo vero successoris, huiusmodi concessionem, utpote invalidam pervidendo, sitam jurisdictionem Episcopalem, omniaque alia ad legem diocesanam pertinentia exercere curavit; Cuiusmodi dictum Monasterium ex Apostolica concessionem de anno 1314. à dicto Ordine S. Benedicti, transferit in Hierosolymitanum; Hinc tractu temporis, inter Priorem, seu Commendatarium, & Episcopum, oriri desuper coeperunt controversie, ob quas de anno 1513. ad formalem litem devenitum est, & commissa causa Cæsari Lambertino Episcopo Insulano, qui author est tractatus de jurepatronatus, de anno 1614. ab isto prodit sententia, per quam prævia juxta illius temporis styllum, facti & utriusque partis jurium proluxa narratione, pronuntiatur dictam jurisdictionem omnimodam, & privativam ad Episcopum spectare, & commissæ per appella-

tionem causa in Rota Corrado Manlio, prodit sententia in omnibus præcedentis confirmatoria, quæ ob non interpositam appellationem transitum fecit in judicium; Unde per Accorabonum fibrogatum prodit sententia exequutorialis, ad cuius normam expeditis literis directis Vicario Generali Monopolitano, de anno 1561. illæ plenarium effectum sortite sunt, quia Commendatarius liti renuciavit, atque clerus, & populus recognoverunt Episcopum in propriam Superiorem, & Pastorem. Defuncto autem Episcopo prædicto, Commendatarius, quique Officiales, Sevevacante, denovo in dicta jurisdictionis exercitio intruserunt, atque sub nomine Religionis tanquam inaudite, curatum fuit committi causam appellationis, seu restitutionis in integrum in eadem Rota coram Augustino, unde ob Episcoporum successorum negligentiam, de facto in dicto exercitio continuatum fuit, & continuatur.

Cum autem moderatus Episcopus causam reassumeret, atque non obstantibus exquisitis diligentibus Rotæ Notarios inventi non potuissent acta deluser eharata, illorumque copia reperta esset in Archivio dictæ Curie Monopolitanæ; Ideo istis transportatis, datoque dubio coram Boleumontiditi Augustini fibrogato, An consistet de exequutorialibus, quæ veniant exequenda, sub die 22. Januarii 1662. negativa prodit resolutio, ex eo potissimum fundamento, quod eadem literæ tanquam non originales, & authenticæ, sed sumptum de sumpto nullam fidem mererentur, ideoque cessante illa illarum substantia non intraret inspectio, an essent exequenda, ut liquet ex decisione detinetæ adie impressi post Zuffi de legitim. process. dec. 60.

Et quando etiam de hoc, iuncto agendum esset, adhuc dictum fuit responderi non posse de executione, stante illarum antiquitate, ob styllum Rotæ non demandandi exequutioni hæc exequutoriales antiquæ, nisi denuo cognitio de illarum iustitia, Penia, dec. 222. n. 4. & 735. n. 8. dec. 1. n. 6. & segg. 17. rec. Conducenti decimarum 11. Decembris 1658. coram Taja, & in aliis; Potissimum vero, ubi res iudicata, per cuius executionem literæ concessæ fuerunt, prodit, ut in præfati, in contumaciam, & contradiccas, tunc etiam facilis ab executione abstinentum est, non præcedente meritum cognitione, ut apud Peniam, d. dec. 735. n. 5. & apud Seraph. dec. 138. n. 6.

Cumque scribentes per Commendatario, & Religione, insisterent in eo, quod huiusmodi acta, utpote gesta cum solo Commendatario non afferent ipsam Religionem ad causam non evocatum; ideoque remaneret invalida, cum ad ipsam principaliter spectaret defensio, non autem ad Commendatarium nudam administrationem habentem; ideoque dictæ sententiæ executi non possent contra ipsam, neque in sententia nominatam iuxta decisiones in montis regalis jurisdictionis coram Penia inter suas, dec. 1232. alias, dec. 17. par. 3. rec. & in Toletana decimarum de Capilla 8. Junii 1657. coram Verolpio, cum aliis, de quibus infra; Deciso deluser edita, istud etiam fundamentum in fine canonizate videtur, nihil agitur de meritis, quamvis Ego scribens per Episcopo, atque prævidens difficultatem, ut supra resulantem ex stylo, quando agitur de exequutorialibus antiquis, super meritis quoque scripsit, ac principaliter super eis insisterem.

Quare tres fuerunt præfatis disputationis partes; Una sit per forma probante, ac sine præfata dictis actis ex Curia Monopolitanæ archivio extractis; Altera super articulo validitatis, vel invaliditatis sententiarum, & aboritur gestorum cum solo Commendatario, seu Bajulivo, non citata Religione; Et tertia super meritis negotii principalis.

Quatenus pertinet ad primam, resolutio de positiva improbabilitate redargui non potest, juris enim regula est talis, qualem Rota firmavit in causæ decisione, ut scilicet sumptum de sumpto nullam faciat fidem, etiam si esset ex actis judicialibus, quo casu hæc regula iusurari solet, cum limitatio procedat, quando habentur ac inspicere possunt ipsa acta originaria, ex quibus conjici valeat, an bene, & fideliter extractum sit, juxta autoritates copiose in eadem decisione allegatas super principia vero, quod Ego non impugnabam, constituendo solim fundamentum in eius recepta limitatione, ubi scilicet accedunt adminicula, sub quorum pondere, & efficacia, certa & determinata regula dari non potest, cum si materia arbitraria, atque in arbitratu difficile est redarguere iudicatum de iustitia; Præsertim vero, ubi non concurrunt observantia, quo casu, vel adminiculis non desertur, ex deducis per Adden. ad Burat. dec. 290. num. 15. vel longè majora, & urgentiora desiderantur; Proindeque ista prima questio, potius facti, quam

juris

juris esse videbatur, ut de hac propositione, an scilicet, & quando sumptum ab actis, quæ non reperiantur, attendatur ex adminiculis, habetur in Rota pecuniaria 18. Junii 1653. & 22. Junii 1657. coram Cerro, quarum prima est impressa post Zuffum de legitim. process. dec. 23. & habetur actum in eadem causa Romana pecuniaria, seu dotis de Sancta Cruce, sub tit. de dote.

Quo vero ad alteram partem præfate nullitatis sententiæ, & aboritur, ob defectum citationis ipsius Religionis, prætendentis extinere audiri debere ex integro; Reflectendo etiam ad veritatem, per quam probabilis vita est resolutio, quam tamen ex decisionis contextu constat formiter captam non fuisse, neque principaliter ex hoc fundamento illam prodidit, dum potius istud motivum deducitur per verbum, quoniam, ad superabundantiam, dictique fundamenti insubstantiam comprobavit deinde exitus formalis disputationis super hoc articulo habitæ in Toletana jurisdictionis, de qua disc. præced. in signatura gratia.

Cum enim Ego, & ceteri in dicta Toletana per Religionem scribentes, petendo eam admitti ad causam ex integro, deducemus eadem fundamenta, & majora, & quæ tunc in hac alia controversia deducta fuerunt; Et è converso scribentes per Archiepiscopum, aliud plus non deducere, quam tunc per me in ista causa deductum fuerat, rejecta fuit petitio, ut in dicto præcedenti discursu, enunciatur; Unde propterea edocemur, quam verum sit assumptum per mea consuetudine sapiens declamatum, quod satis erroneum, ac perniciosis videbatur deferre autoritatibus Consulentiis, qui eorum responsa luce deriderunt, eo modo, quo causis intervencendo data sunt, cum frequenter contingat in eisdem articulis, juxta clientium opportunitatem, per advocatos modo per una, modo per altera opinione scribi; Quod cessante facti mendacio, nunquam exequitabili, quoties agitur de juris articulis controversiis, præsertim in magnis tribunalibus, prohibendum non est, cum Advocati solum infirmum ea, quæ juris, non autem iudicant, neque consulant iudicibus quid facere debeant.

Quatenus igitur ad dictum articulum pertinet; Resolutio pendet à puncto, an huiusmodi causarum defensio principaliter pertineat ad Commendatarium, vel respectivè ad Religionem, & sic quæ dicitur principaliter interessatus, & quis accessorius, seu consecutus; Certa enim juris theoria est, ut sufficiat instruitur iudicium, & agere cum principaliter interessato, absque necessitate evocandi eum, cuius interesse sit accessorium, seu consecutum, cum istud operativum sit, ac attendatur ad effectum, ut talis interessatus volens, possit & debeat admitti ad causam in statu, & terminis, assistendo ei, qui tanquam principaliter interessato incurrit causæ defensionem, ex his, quo postea pure, seu interesse secundario habentur firmata in Tirifone. & in Marfice. hoc eodem vers. disc. 13. & 22. ubi videri possunt autoritates in ista etiam disputatione deductæ, frustra hic repetendæ, dum hoc eodem libro habentur collectæ; Et admittitur in dicta Monti Regalis coram Penia, ubi ratio habetur omisse citationis Capituli Ecclesiæ Cathedralis, tanquam principaliter interessati, atque coequalis jus habentis cum Episcopo in Ecclesiæ defensione, ut distinguendo explicatur in dictis Marfice. & Tirifone, unde juris theoria remanere videtur extra questionem, qua tota est facti, & applicationis, an scilicet versetur in una, vel altera distinctionis parte.

Scribentes in ista causa per Religionem dicebant, & Ego scribens per eadem in dicta Toletana, quoque dicebam, per constitutionem 9. Pii IV. §. 68. dispositi, quod nulla res iudicata præjudicet Magistro, & conventui, nisi specialiter evocati fuerint; Et etiam, quia Priores, & Commendatarii sunt nudi administratores Prioratum, & Commendatum, utpote obediuntarii, & ad nutum amovibiles, Mohed. dec. 10. ad finem de causâ possessionis, & proprietatis dec. 87. num. 2. par. 2. recent. & in aliis, & consequenter non ad ipsos Priores, vel Commendatarios, sed ad Religionem principaliter huiusmodi causarum defensio pertinet.

Respondebam tamen, scribens in contrarium in ista causa; Prout & in altera considerabam quod bene per scribentes per Archiepiscopum, ubi diceretur dictum privilegium procedere, ac recipiendum esse, quando ageretur de causâ præjudiciali ipsi Religioni in universum puta de eorumdem privilegiorum interpretatione, ita ut resolutiones occasione unius controversiæ procedentes, facerent statum universalem, ut est casus in Faventina, de qua disc. 4. cum similibus; Tunc etenim motivum haberet probabilitatem;

Card. de Luca, Lib. III.

nisi causa adeo, per longum tempus discussa esset, atque effecta ita famosa, quod verisimiliter deveniret ad notitiam Oratoris, aliorumque ministrorum, & agentium ipsius Religionis in Curia.

Ubi vero agitur de causâ particulari unius Prioratus, vel Commendatæ, ex peculiari privilegio, vel consuetudine prætendentis territorium separatum; ac jurisdictionem quam Episcopalem in clerum, & populum, & sic juxta particulare, seu privilegium, aliis Prioratibus, & Commendis in universum non commune, ut in præfati, & in dicta Toletana, disc. 1. & in Vulturaria, disc. 1. sec. Et tunc omnino verius est contrarium, quoniam ipsa Religio deputat Priores, & Commendatarios in Administratores, ac Prælatos, & legitimos defensores singulorum Prioratum, & Commendarum, eodem modo, quo alia Religiones deputant Abbates, Priores, Guardianos, vel Rectores singulorum Monasteriorum, & Conventuum, idcirco sufficit cum eis tanquam legitimis defensoribus causas agitare, ad notat. per Canonistas in cap. cum deputati de iudiciis, ubi præsertim Abbas num. 11. Burr. eod. num. 11. Bellamer. num. 2. Barbat. num. 47. & admittitur in dicta Toletana decimarum de Capilla 8. Junii 1657. coram Verolpio; Atque ita docet communis praxis, quod causæ singulorum Monasteriorum agitantur cum eorum Prælati, vel specialibus Procuratoribus absque necessitate evocandi Procuratorem Generalem Religionis, qui potest si vult comparere, & admitti ad causam, ac reputatur legitimus defensor, etiam sine mandato speciali, non autem necessarius, ut de potestate Procuratoris Generalis Religionis habetur apud Sigisfundum, de elect. dub. 104. m. 6. & 7. Cocci. dec. 159. num. 8. Cavaler. dec. 202. num. 1. dec. 201. n. 2. par. 2. recent.

Nil obitante dicta qualitate manualitatis, quoniam omnes aliarum Religionum Abbates, & Prælati sunt magis obediuntarii; & manuales; Tum quia semper ad nutum Superiorum amoveri possunt; Tum clarius, quia Prælati frequentius sunt annales, vel ad summum triennales, è converso autem in hac Religione, non data opinione in melius, de facto vult perpetua, & ad vitam, ita ut nulli, vel nimium rari sint casus, in quibus hæc manualitas reducatur ad proximam. Quintimo non desunt volentes, id sine causa fieri non posse, ex deducis per Molphel. cons. 24. Unde si dicti alii Prælati reputantur legitimi defensores, Multo magis isti, quos notorium est esse alios in hoc proposito diligentius; Tum quia eorum interesse non est temporale, sed perpetuum, & ad vitam; Tum etiam, quia ex stabilitatis huius Religionis, ad effectum optandi commendas meliores, seu dignitates, docere oportet de melioramentis, ac de bona, & diligenti administratione commendarum possessarum, dum ex hoc, in concursu equalis plurium habentium eandem antianitatem, resultat aequalitas, vel notabile meritum ad effectum præcedentis juxta ea, quæ habentur in Melevitana, seu Venufina Bajulivatus, & in aliis sub tit. de beneficiis.

Ad quod à simili conferre dicebam communem praxim in causis singularium Ecclesiarum diocesis, habentium proprium, & particularem Rectorem, quoniam omnium dicitur legitimus defensor, & administrator Episcopus, tanquam Rector universalis, qui in causis singularium dicitur habere interesse, quia ratione admitti potest ad causam, ac gerere omnia ea, quæ interessatis de jure conceduntur, ut apud Burat. dec. 598. num. 6. & tamen certum est, illum non dici defensorem necessarium omnino evocandum, quia sufficit causam agere cum proprio Rectore, tanquam legitimo defensore, & cui principaliter defensio incumbit; Et cum eadem proportione id congruit omnibus Ecclesiis Cathedralibus, vel Metropolitans quoad Pabum, discretive ad singularum proprios Episcopos, & Prælatos.

Demum quoad tertiam, & ultimam partem concernentem merita negotii principalis, de quibus tamen, ut supra decisio non agit, reflectendo etiam ad veritates, dicebam iustitiam assistere Episcopo; Quoniam ex ipsa loci situatione, dictique Episcoporum concessionibus, & Apostolica confirmatione, necnon ex pluribus actibus jurisdictionalibus, ac entiativis, indubitata videtur situatio huius loci intra diocesim; Quæ postea resoluta, fundam. est Episcopi intentionem in jurisdictione spirituali, ac lege diocesanæ, donec per Prælatum inferiorem probetur territorium separatum cum privilegio Apostolico explicito, si cum immemorabili bene probata, & per tres conformes canonizata, quatenus dicta Prælati, seu jurisdictione prætendatur omnimoda cum territorio separato; Vel cum legitima prescriptione quadragenaria, cum titulo putativo, seu fama

C

privi-

privilegi, quatenus prætendatur Jurisdicção, & Prælatu-
media quoad actus particulares, & compatibiliter cum Episcopio,
ex deductis in Toletana, *disc. præced.*

Neurum in præfenti concurrat, cum nullum hucusque
datum esset, vel fama sit, quod exiit privilegium Aposto-
licum hujusmodi jurisdictionis concessivum; Atque immo-
rabilis, necum probata non esset, sed omnino esset
improbabilis ob acta in contrarium supra in facti ferre-
rentia, atque ob contrarium publicam famam, tam in
loco, quam in universa regione; Unde quicquid sit in or-
dine ad præscriptionem jurisdictionis mediæ, & subordina-
tæ, compatibilis cum lege diocæsana juxta terminos textus
in cap. auditis, de præscript. de quibus de disc. præced. an scilicet
illa per hujusmodi diuturnam possessionem induci po-
nerit; Attamen quoad omnimodam cum qualitate nullius,
& territorii separati, casus videbatur indubitatus pro Episcopio.

Clarius vero, quia docebatur de titulo infecto, ex quo
dicta possessio resultaverat, inductivo male fidei impeditivæ
cujusque præscriptionis, juxta receptam theor. *Innoc. in
cap. peremptis, de decim.* cum consilare de hujusmodi jurisdic-
tionis concessione, ut supra facta præcio mediante per Leonem
Episcopum, & per alios duos successores ratiuata, nec
non per Alexandrum III. in forma tamen communi, nil in
proposito suffragante confirmata.

Licet enim regula sit, solam concessivam non probare
dominium, seu jus concedentis, atamen vera etiam est li-
mitatio concurrentibus adminiculis a parte postea ejus ob-
servantiam denotantibus, *Cavaler. decif. 105. Millin. d. 374.
d. 81. num. 2. part. 5. rec.* Et habetur plenè actum in Romana
Castri Orciani *sub tit. de feud. disc. 70.* ubi declaratur, id præ-
cedere, quoties adminicula sunt a parte postea, secus si præ-
cedant ex ibi deductis.

Multa vero adminicula in præfenti concurrant; Primo
scilicet illud situationis, cum iste locus adiaceret particu-
lari territorio ipsiusmet Civitatis, ac undique circumdatus es-
set à reliquo territorio diocæsali; Secundo à geminata ratifica-
tione duorum Episcoporum successorum, & Apostolica
Confirmatione; Tertio à dictis actis reperitis in Archivo
Monopolitano, quæ ubi etiam dicenda non essent in tali for-
ma probante, quod sufficerent ad concedendam executio-
nem; de qua in præfenti disputatione agebatur; Cæterum tam-
en videbatur, inducere adminiculum, quod etiam ex hu-
juscemodi sumptis, ac informibus juribus resultare receptissi-
mum est; Et quarto fortissimè ex consuetudine ipsiusmet Episcopii
Leonis facendi hujusmodi concessiones, ut in alia Con-
versana super Oppido Rutiliani habetur apud Duran. *dec. 226.
& 446. & dec. 195. part. 9. recent.*

Cæterum autem est, dictam Episcopio concessivam nil in
proposito suffragari, cum id importet formalem difmembra-
tionem, ac alienationem, quæ per Episcopum fieri non po-
test; Ut ultra generalia, quæ habemus in hac materia dif-
membrationis apud Othob. *decif. 6.* & in Comen. difmembra-
tionis eorum *Corrado decif. 224. part. 10. rec.* & non semel
sub tit. de Parochiis.

In his specialibus terminis jurisdictionalibus, habetur in
Marfenc. Jurisdictionis *decif. 24. & 87. part. 10. & 153. part. 11. rec.* de qua causa est etiam actum, *hoc rit. disc. 17.* Multò
magis, ubi non prætenditur simplex concessio jurisdictionis
compatibilis cum lege diocæsana, & sub Episcopio, juxta
eam speciem, quæ media dicenda videntur, juxta distinc-
tionem, de qua *d. disc. præced.* sed agit de communi, cum
territorio separato, & nullius, quod est facere sibi æqualem,
necum Episcopio, sed etiam habentibus jura Principatus pro-
hibitum.

Confirmatio verò Apostolica nil in proposito suffragaba-
tur; Tum quia in forma communi contingit sub se clausu-
lam, *admodum ea que petuntur sint licita, & honesta, & juri
non contraria;* Tum etiam, quia obventa fuit post obitum
Episcopi, non audito Episcopo successore, ut in individuo
consimilis concessio facta per eundem Episcopum habentem
etiam consimilem confirmationem, Duran. *d. decif. 446. n. 7. & d. dec. 195. n. 5. part. 9. recent.*

ANNOT. AD DISC. II.

Sluit etiam, ac silet caufa, de qua in Conversanen. *disc. 2.*
dum ob aliquem rigorem, qui tenus fuit circa ea, quæ
ordinem judicium concernunt, productum ab aliquibus
superfluitis juris subtilitatibus, ille Episcopus, qui post
Prædecessorum tam diuturnum silentium causam reassump-
serat, ita perterritus, ultraiorem neglexit prosecutionem,
utque ad aliam Ecclesiam translatus fuit, atque in eadem

negligentia perseverat successor, forsitan ob Ecclesiæ impo-
tentiam, vel gravamen. Itaque est ratio, ob quam ex fre-
quentiori praxi hujusmodi causæ jurisdictionales, raro ha-
bent finem, atque ita deterior est conditio Episcoporum;
Potissimè ubi Prælatu inferior sit membrum alius Reli-
gionis constitutus Universitatem, seu Republicam, ut
in præfenti; Vel quod sit Monasterium dari solum in com-
mendam Cardinalibus, vel Prælati majoris potentie; Vel
quia non omnium Episcoporum idem est zelus, vel æqualis
habilitas; Vel quia Ecclesiæ status, litium sustentationis
expensas cum tela judiciaria non patitur.

Ea quoque accedente fortiori ratione, quod ipsimet subdi-
ti afflicti habere hujusmodi inferiores Prælatos, sub quorum
regimine suavius foret videtur eorum jugum, circa vivendi
licentiam, quam sub illo Episcoporum, qui diligentissimi,
atque tenacissimi sunt furorum jurium defensores.

VULTURARIEN. JURISDICTIONIS

PRO EPISCOPO

CUM PRIORE BAROLI ORDINIS HIERO-
SOLYMITANI.

Causa decisus per Sac. Congregationem Concilii pro Episcopo.

De eadem materia jurisdictionis præsentis per infere-
riorem Prælatum privativè ad Ordinarium, & cum
territorio separato in loco, in quo ipse ha-
beat etiam jurisdictionem temporalem.

Et de territorii separati probatione per testes de-
ponentes de immemorabili, seu territorii separa-
tione, an & quando una, vel altera species proba-
tionis dicatur sufficienter facta, necnè.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
- 2 Declarationes S. Congregationis causa super delegata jurisdictione Episcopi in locis exemptis.
- 3 De materia remissoria concedenda, vel neganda.
- 4 De theoria in materia territorii separati.
- 5 In probatione immemorabilis videndum est de atate testium.
- 6 Testes puberes deponere possunt super iis, quæ viderunt ante pubertatem, & quando.
- 7 In probatione immemorabilis subducendum est tempus litis.
- 8 In eadem probatione consistere debet, quod nil in contrario gestum sit, & unus actum impedit.
- 9 Homines non præsumunt vivere ultra 100. annos.
- 10 Quomodo testes debeant deponere pro probanda possessione jurisdictionis.
- 11 Qui alius sunt incongrui, ut probentur per testes.
- 12 An jurisdictione delegata detur præscriptio juxta terminos texti. in cap. auditis de præscript.
- 13 Decretum irritans inficit possessionem, & impedit præscriptionem, vel consuetudinem.
- 14 Testes in iis, quæ juris sunt, ac consistunt in iudicio intellectus debent assignare causam.
- 15 Afirmibus temporalibus non inferuntur ad spirituales, & e contra.
- 16 Etiam unum, & idem oppidum potest esse divisum in duas Diocæsas, vel Episcopatus.

DISC. III.

Prioratus Baroli Sacri Hierosolymitane Religionis sub
Invocatione S. Sepulchri (de cuius Ecclesiæ Capellaniis,
& clericis agit in resolutione Congregationis Sacre. Conc.
Trid. in eâ apud repetendos satis celebri Tiranen. de qua in
Faventina, *disc. segg.* an & quando gaudeat exemptione ab
Ordinario,) possidet in temporalibus Terram Alverone si-
tam intra fines Diocæsas Vulturarien. Cunque Prior quicque
officialis, una cum jurisdictione temporali, spirituales quoque
in Clerum, & Populum illius loci exercere consueverint,
ut ferè communis est usus illorum Prælatorum Ecclesiasticorum,
qui aliquod oppidum, vel castrum in temporalibus habent, ut patet ex Toletana, Conversana, Anglonen.
& pluribus, de quibus *hoc rit.* Atque moderni dicti Prioratus,
Vicarius, & officiales in dicta Terra commorantes, non
contenti ordinaria jurisdictione, quam tolerabat Episcopus,
qui contentus erat sola jurisdictione per Sac. Conc. Trid. &
Apostolicas Constitutiones delegata, quam ejus prædecessores
exercere consueverint, istam quoque contro-
vertete

vertete consistent, prætendendo omnimodam quasi Episcopalem,
tanquam in loco nullius, & de territorio separato, Idcirco
Episcopus recurrendum habuit ad Sacram Congregationem
Concilii, à qua de anno 1652. prodidit resolutio,
2 *possisse ac posse Episcopum, tamquam Sedis Apostolicæ dele-
gatum visitare Ecclesiam Parochialem, in Visitatione edere
decreta in concernentibus curam animarum, administrationem
Sacramentorum, implementum onerum missarum, ejusdemque
Ecclesiæ reformationem;* Cunque Prior, vel eius Officiales
dicte resolutioni non acquiescerent, atque obtinuerunt
audiri, Assumpta disputatione de ann. 1655. alia la-
tior prodidit resolutio, *Episcopum se, manutendum esse, ne-
dum in præmissis, sed etiam in approbatione Confessariorum,
benedictione Concionatorum, & aliis concernentibus jurisdic-
tionem à S. C. T. delegatam in locis exemptis, donec ex parte
Prioris doceatur de territorio separato per privilegium Apo-
stolicum, vel per immemorabilem canonizatum per tres sententias
conformes.*

Unde propterea de anno 1665. prævia dd. resolutionum
confirmata, ac sine retardatione earum executionis, Priori,
ac Religiosis illi adherenti petentibus remissionem ad
effectum probandi immemorabilem, ac territorium separatum,
illa concessa fuit, quamvis ego scribens pro Episcopo
insisterem pro denegatione, stante irrelevantia, & clara
improbabilitate materiæ articulate, cum, excepta materiâ
spirituali (sub qua in proposito remissoria: solæ causæ benefi-
ciales veniunt in profana, quæ omnes alias etiam Ecclesiasticas,
& spirituales complectitur, Curia satis factis esse locis,
ne coangustentur probationes, præsertim verò ubi conceditur
sine retardatione, cum tunc cesset illa calumnie suspicio,
3 *causatione ad protrahendas causas in longum fre-
quenter hujusmodi petitiones fieri solent, unde propterea
sunt adeo frequentes, præsertim in Rota, hujusmodi remissoriales
questiones, ita ut nil frequentius.*

Factis igitur in vii dicte remissoria probationibus cum
magno numero testium, & assumpta super eis in eadem S.
Congreg. disputatione initio an. 1666. prodidit resolutio, per
quam, approbando in posteriori d. resolutionis præcedentes,
in petitorio causa remissa fuit ad Rot. & in hoc statu re-
peritur absque ulteriori progressu, Episcopo exercente di-
ctam delegatam jurisdictionem; Præsertim autem credo, ex
parte Religionis & Prioris d. ultiorum prosecutionem negli-
gi, ne contingat id quod sequuntur est in Toletana, *disc. 1.*
ut sc. cupiendo obtinere malum, amittunt totum, atque
ita exponantur alicæ, etiam jurisdictioni ordinaria, quam
Episcopus tolerat.

In his igitur disputationibus habitis in S. Congr. cum nulla
caderet controversia super istius loci situatione intra diocæsas
sines, a quibus undique circumdatus est, absque eo quod
alter Episcopus esset in causa, vel situatio in alia diocæsali
præterderetur, Deducebam scribens pro Episcopo eandem
theoricam à Rota & Curia receptam, de qua in d. Toletana,
disc. 1. Quod sc. stante universali torus Orbis divisione sub
Dionysio facta in diocæsas, ita ut nullus alius locus, qui in
aliqua diocæsali, & sub Episcopo non esset, idcirco territo-
rium separatum nullus non præsumitur, sed per allegantem
probandum est. Restituta probatione ad duas tantum species
unam scilicet per privilegium Apostolicum expressum, alteram
per immemorabilem bene probatam cum requisitis, *gloss. in cap. 1.
de præscript. in 6. Cunque nullum exhiberet privilegium particu-
lare, atque privilegia generalia Religionis registrata in Confis. 9. Pii IV.
absque dubio ad hunc effectum non suffragentur, cum percutiant solum
exemptionem à jurisdictione passiva ipsorum Prioratum, & Com-
mendatum intra solos ambitus, ac etiam personarum habentium
qualitates requisitas, de quibus in Faventina, *disc. curs. segg.*
ut habetur *disc. 1.* idcirco tota inspectio erat super probatione
immemorabilis.*

Circa quam, cum sensu etiam veritatis, dicebam eam
desistere, unde metito, ut dictum est, negligitur causæ
prosecutio in Rota, quoniam testes desuper induci eorum
etatem non explicabant, ut omnino necessarium est ad effectum
inspicendum, an concludant præcipuum dicte probationis
requisitum, in eo consistens, quod concludant de visu
super facticia observantia annorum 40. ante motam litem,
& post completam pubertatem, ita ut ad minus esse
debeat annorum 54. completorum præambula hora morte
litis; Et idcirco, quamvis aliqui deponerent ab annis 40. alii
verò ab annis 60. quævis quoque etiam nullum tempus ratione
litis subducendum esset, ac spectato solo tempore exami-
nis, dictum requisitum non concluderent, cum in d. tempore
incluere poterint illud etatis pupillaris, de quo te-

stes puberes effecti possint infans, & quandoque etiam an-
te, juxta ingeniorum qualitatem in materiis indifferentibus
cadenibus sub sensu corporis, non autem sub judicio intellectus,
deponere possunt, quoties licet certam ætatem non præstiterint,
Covarr. *in res. post. part. 2. §. 3. n. 8.* & ceteri apud Farinac. *de testib. q. 53. n. 13. cons. segg. dec. 75. n. 9. p. 10. recent.*

Clarius verò, ac extra controversiam, quoniam indubitata,
& quotidiana conclusio est, ut subducendum sit tempus
morte litis, computandum à dicto anno 1652. in quo
prodidit dicta resolutio S. Congr. unde cum testes exami-
nati essent de anno 1665. ad minus debeant esse annorum 67.
completorum; Omnique difficultas penitus cessabat ex defectu
alterius substantialis, ac omnino necessarii requisiti,
quod scilicet nihil unquam gestum, dictum, vel auditum
fuerit in contrarium, ita ut ænicus absque contrariis ad hujus-
modi probationem impediendam sufficit, quinimo etiam
solus rumor, ut generaliter Othob. *dec. 159. num. 6.*
Gregor. & adden. *dec. 56. num. 20. part. 7. recent.* ubi quod
sufficit constare de actibus contrariis à 100. annis citra, & in
his terminis specialibus in Marfenc. Jurisdictionis coram
Bichio, & *Corrado dec. 24. 87. & 303. part. 10. & 153. p. 11.*
ac habetur in decisionibus editis in Toletana, de qua supra
disc. 1.

Et tamen per scripturas ex parte Episcopi docebatur, ab
ann. 1617. (non excluso tempore anteriori) cum exercissit
delegatam jurisdictionem circa ordinum collationes, concursus
ad Parochialem, approbationes confessariorum, & similia,
unde propterea immemorabilis, necum per testes jam
inductos, ut supra improbatam remanebat, sed etiam
ita reddebatur improbabilis per quoscumque alios testes
fremitu indifferentes, cum subducendo dicto tempore, à quo
constat de contraria possessione, adhuc ut testes deponere
possent etiam de quadragesima pacifica, deberent esse ad
minus annorum 105. & ultra, quæ ætas non præsumitur,
stante legali presumptione, quod homines non præsumantur
vivere ultra 100. annos, adeoque ex ipso capite facti
frequenter solet remissoria denegari, ut patet ex multis Rotæ
decisionibus, quas in copioso numero in hac materia habemus.

Item quamvis testes nimirum affectatè deponerent de exercitio
plurium actuum concernentium etiam jurisdictionem delegatam,
nihilominus non concluderent negativam quoad Episcopum,
ita ut privativè quoad eum, dicte jurisdictionis exercitium
sequuntur effectum, cum ipsius Episcopi scientia, & patientia,
quæ in incorporalibus sit loco possessionis, unde vel dicti actus
clandestini, & intrusivi dicendi erant, vel quod in illis tantum
actibus, compatibiliter cum Episcopi jurisdictione in reliquis,
inducta esset præscriptio juxta terminos textus in cap. auditis
de præscript. de quibus plenius, & expresso in dicta Toletana,
disc. 1. in qua in ordine ad dictam præscriptionem actuum
particularium, reddè dici posse considerandum concurrere
Episcopi scientiam, & patientiam deductam ex tot concordis,
& sententis, ac etiam ex reciprocis literis requisitorialis, quorum
nihil in præfenti concurrebat. Potissimè, quia, circa dictam
præferti jurisdictionem delegatam, plerique sunt actus
conficiendi per scripturam, ideoque incongrue probandi per
testes, ut sunt, visitationes, collationes ordinum, seu
concessiones literarum dimissorialium pro eis sufficiens,
executiones dispensationum matrimonialium, aliamque
literarum Apostolicarum super provisionibus beneficiorum, ac
super alienationibus bonorum Ecclesiæ, & super monitorialibus
pro revelatione, cum similibus, quæ locorum Ordinariis
dirigi solent, ac etiam sunt concursus ad Parochiales.

Et ulterius, admittit præscriptionem actuum particularium
juxta dictos terminos, cap. auditis, in jurisdictione ordinaria,
ut in dicta Toletana habetur, Confid. rabam eos non intrare
in ordine ad jurisdictionem delegatam à Sac. Conc. Tridentin.
quoniam cum in Bulla Pii IV. ejusdem Concilii confirmatoria,
prout & in aliis Apostolicis confirmationibus eadem delegatam
jurisdictionem concernentibus, continetur decretum irritans,
quod inficit quæcumque contrariam possessionem, exinde
resultat, intactam esse quamcumque præscriptionem, vel
consuetudinem, quinimo cum impediri ne oriantur, ut occasione
præferti concursus adhibendi, vel non adhibendi in Parochialibus,
vel Vicariis habetur frequenter *sub tit. de Parochiis,* ubi de pluribus
decisionibus præsertim in Alerien. Vicarie 26. Junii 1654.
coram Bichio; Et generaliter, quod decretum irritans necum
impediat, seu tollat præscriptionem, sed se opponat

ejus initio, & natiuitate, ceteris allegatis bene in Cefena-
ten. feu Sarinaten. laudemiorum 19. Junii 1656. Albergato
dec. 35. post euolutiones Bondeni, & in eadem dec. 400. p.
9. reuocant.

Conabantur etiam testes predicti probare separationem ter-
ritorii hujus loci, dicendo illud esse omnino separatum. Sed
pariter eorum dictum nil concludit. Tum quia hoc non
dicitur consistere in sensu corporis, sed in iudicio intellectus,
& in his, que juris sunt, circa que testes quamvis non inter-
rogati assignare debent concludentem scientia causam, seu
rationem, alius nihil probant, Mant. decif. 199. numer. 5.
Coccini, decif. 295. numer. 5. Gregor. decif. 17. numer. 2. Bi-
ratt. dec. 538. numer. 16. & passim, & quam nullam dicti tes-
tes reddebant; Tum etiam quia iidem testes ex eorum dicto
conuincuntur de inepta & insufficienti causa, resiliante ab
eorum erronea credulitate, cum restringent separationem
territorii hujus Oppidi reliqua diocesis Vulturat, ad eam cau-
sam, quod istius loci territorium undique haberet terminos
lapideos habentes insculptam Crucem S. Religionis, causa
cognita. & cum iudiciali etiam autoritate antiquo tempo-
re appolito, diligenter euolutos, & renovatos, quod
tamen continet equiuocum in hęc materia nimis frequens,
cum illa confirmum, sui terminorum distinctio iuxta insinua-
ta in d. Toletana, disc. 1. percutit dominium, ac iurisdic-
tionem temporalem, necnon ius pacendi, & colendi, alia-
que iura ciuicia, oppidani, vel incolis competentia, atque
in uis populis ab altero distinguatur, quod congruit cui-
que ex quo castro, seu loco exis, que ad materiam
iuris pacendi, vel solutionis fida habentur frequenter dedu-
ta sub titulo de seruitur, ac etiam sub altero de Regal. ad ma-
teriam gabelarum & uectigalium, sed hoc nil commune habet
cum terminis iurisdictionis spiritualis, & diocesis, quoniam
diocesis dicitur unicum territorium ipsius Ecclesie Ca-
thedralis, tamquam corpus uniuersale complexiuum, tam
Ciuicitalis, in qua ipsa Ecclesia Cathedralis sita est, quam
etiam quamplurimum Oppidorum, castorum, & locorum
quorum singula in temporalibus discretis habent dominia,
discretosque territoriorum fines, seu limites; Quinimo fre-
quenter una diocesis est complexiva Oppidorum, & loco-
rum sub omnino diuersis provinciis & Principatibus, vel di-
uisionibus temporalibus existentium, quoniam nil commune
habent fines spirituales cum temporalibus, vel e contra, ideo-
que ab unis ad alios arguere non licet, atque hoc equiuocum
est frequentissima causa huiusmodi controversiarum & iuris-
dictionum.

Imo frequens in praxi habemus, quod unum & eundem Op-
pidum, quod in temporalibus unum constituit territorium
iurisque gubernatum ac unam Communitatem, in spiri-
tualibus est diuersum, quia pro parte pertinet ad unam dioc-
cesim, & pro parte ad alteram, ut presertim habetur de Op-
pido Montis Coruini, de quo in A. cernem. hoc eod. tit. disc. 24.
quoniam licet unicum habeat Baronem, seu Dominum
temporalem, unamque confirmat Uniuersitatem cum uno
territorio, nihilominus, partim est sub diocesi Salerni-
tana, & partim sub Aconensi, quod etiam habetur de Op-
pido Leonissa, quod partim est diocesis Reatinę, & partim
Spoletanę, cum pluribus similibus.

ANNOT. AD DISC. III.

In casu de quo in Vulturat. disc. 3. alia etiam desuit occasio
disputandi, quia forte inferior Prelatus, acquiescendo re-
solutionibus, non impugnat Episcopi delegatam iurisdictionem,
& e conuerso Episcopus ista contentus, non curat de
ordinaria inquirere, quam inferior Prelatus pacifice exercet,
ita prudenter agendo, ne alias prosequendo litem, illum
quoque amittat, iuxta id, quod contingit eiusdem Religio-
nis consimili Prelato in casu, de quo supra, disc. 1. dum su-
per delegata solum iurisdictione, qua Ordinarius contentus
erat, mota fuit litis, cuius exitus causauit in Prelato inferio-
re amissionem etiam ordinarię non impugnatę.

FAVENTINA JURISDICTIONIS

PRO EPISCOPO

CUM SAC. RELIGIONE HIERSOLIMITANA
EJUSQUE COMMENDATARIO.

Causa decisus per Congreg. Concilii pro Episcopo.

De iurisdictione Ordinarii in capellanos, clericos, colonos,
ministros, & alios non professos, infer-
uientes Ecclesiis, Prioratibus, & Commendis S.

Religionis Hierosolymitanę, tam in concernen-
tibus curam animarum, quam in aliis, ad intel-
pretationem constitutionis 65. Gregorii XIII. Et
aliqua de Conservatoribus privilegiorum eius-
dem Religionis, an possint habere Tribunal ere-
ctum, & in quo differant ab aliis Conservatori-
bus; Et an eorum persone sint exemptę a iurisdic-
tione Ordinarii, cum aliis essent subiectę.

S U M M A R I U M.

1. Falli series.
2. De dubiis disputatis in S. Congr. eorumque resolutione.
3. De modificatione, seu declarationibus cum quibus intel-
ligitur iurisdicchio Ordinarii cum exemptis in concernen-
tibus curam animarum, & administrationem Sa-
cramentorum.
4. An dicta iurisdicchio censetur cumulatiue cum superiori-
bus regularibus exemptorum, & quomodo intelligenda
sunt dicta cum aliis.
5. An dicta iurisdicchio intelligatur solum in actu uisitati-
onis, vel etiam extra.
6. Que nam ueniant sub dicta iurisdictione, ita ut concer-
nant curam animarum, & in concernentia uisitam & mo-
res Curati.
7. De tribus requisitis Constituti. Greg. XIII. ad hoc ut non
professus seruientes Religionis auctent exemptione a iurisdic-
tione ordinarię, & quando hoc adesse dicantur.
8. An Coloni uidentes in domibus colonis prædiorum ipsius
Religionis dicantur uivere intra domos & septa & sub
obediencia.
9. Quando dicatur residere intra domos & septa, & ex-
pendantur contrariantes auctoritates Antonini &
Moneta.
10. Quid ubi in commenda non adesset ipse commendatarius,
sed conservator, vel alter substitutus, an dicatur ui-
ui sub obediencia.
11. Enumerantur plures species obediencie & quando ad esse-
ndum exemptionis dicatur proprie uiui sub obediencia.
12. De ordinibus personarum ex quibus constituta est Religio
Hierosolymitana.
13. Conservator privilegiorum an quoad eius personam, bona
& causas sit exemptus ab Ordinarij suo.
14. An Conservatores habere possint tribunal erectum, &
quem Notarium a habere debeant.
15. Vicarii, seu capellani secularis exercebant curam, vel
ministrantes Sacramenta in Ecclesiis Religionis Hiero-
solymitanę antea tenentur accedere ad electiones, vel
Congregationes casuum conscientie ab Episcopo de-
mandatas.

D I S C. I V.

In Civitate Faentina S. Religio Hierosolymitana possidet
Commendam, cuius Ecclesie sub invocatione S. Marię
Magdalene, annexa est cura animarum exerceri solita per
unum clericum secularem, capellanum nuncupatum, per
commendatarium nominandum, & ab Episcopo approbandum,
ad eiusdem commendatarii nutum amouibilem; Cum
autem Cardinalis Rossetus dicit Ecclesie Episcopus ab
initio fuit Prebendatus, satis laudabiliter introducterit, ut in
una die cuiuslibet hebdomade haberetur in octiduo Theologia
moralis, seu casuum conscientie, ad quam omnes capellani
huiusmodi, & ceteri confessorii, ac etiam aliqui ad idem
munus, seu ad ordines, vel beneficia assignanda habilitari
uellent, accedere tenerentur, cum hac differentia, quod
capellani, & confessorii actuale sacramentorum admini-
strationem habentes, ad id obligati essent sub pena, in cæ-
teris uero, loco pœna subrogata esset exclusio ab amissione
ad ordines, beneficia, vel ad facultatem exercendi sacra-
mentum penitentię, exemptis tamen ab hoc onere illis,
qui Parochias in titulum præuio concursu ad formam Sacri
Concilii Tridentini possiderent. Atque inter istos capella-
nos, & Confessorios ad dictam lectionem accedentes, fuit
ille istius Commendę cum pacifica obseruantiã annot. 20. &
ultra.

Reuente autem moderno capellano huiusmodi onus si-
bire, cuiusque præensionem conuocato Commendatario,
id excitauit inter Episcopum, & Commendatarium prædi-
ctum, ipsamque Religionem assidentem, plures contro-
uersias introductas in Sacra Congregatione Concilii, in
qua me consulente, neglecto dicto puncto, qui fuit ori-
go,

gō, & causa controversiarum, super obligatione sc. capella-
ni, accedendi ad dictam lectionem, cum de illo ut infra ti-
merem, ex parte Episcopi quinquę propozita fuerunt dubia.

Primo, An Vicarius, seu Capellanus predictus habitans
in domo eiusdem Parochie, tam in his que concernunt curam
animarum, & Sacramentorum administrationem, quam in
quocumque delictis subiaceret iurisdictioni Ordinarii ex decre-
to S. C. T. sess. 24. de reform. c. 11. & ex Constituti. 67. Grego-
rii XIII.

Secundo, An ministri, seruientes, adscripti, Procura-
tores, ac familiares, qui habitant in Civitate extra domum
Commendę, subiacerent iurisdictioni Ordinarii, tam in cas-
sis ciuilibus, quam in criminalibus, & mixtis vigore eiusdem
Constitutionis.

Tertio, An coloni, & alii habitantes in domibus ruralibus
ipsius Commendę, delinquendo possent ab Ordinario puniri vi-
gore Sacri Concilii, & dictę Constitutionis Gregorianę.

Quarto, An Conservator, qui sit presbyter secularis dio-
cesanus habitans in domo propria, in causis propriis, tam ci-
uilibus, quam criminalibus, seu mixtis subiaceret quoque Or-
dinario.

Et quinto, An idem Conservator ualeat tribunal erigere,
& assumere ministros, uel supra Promotorem, Fiscalium, Nota-
rium, & alios Officiales, sive potius uideamur Officialibus
Curie Episcopalis ex S. C. T. sess. 24. de reform. c. 5. & Con-
stituti. 9. Greg. XV.

Et propozita causa fuit die 17. Decembris 1667. Ad primum
Congregatio censuit, Curatum prædictum subesse Ordinario
quoad curam animarum, & Sacramentorum administratio-
nem, ac etiam circa ea que Curatus committeret, unde scan-
daluus oriri, & causari populo possit, & hoc tam in uisitati-
one, quam extra, cum leuare Capellanum non habere tertium
requisitam, nempe quod uideat sub obediencia, ideoque etiam
in aliis causis, in differendis subesse Ordinario.

Ad secundum simpliciter respondit affirmatiue.

Ad tertium pariter respondit affirmatiue.

Ad quartum simpliciter affirmatiue.

Et ad quintum quod Tribunal negatiue, quo uero ad nota-
rium posse ad idem Tribunal affirmatiue.

In dicta iurisdisputatione, distinguendo singula dubia:
Quatenus pertinet ad primum, Scribentes in magno nume-
ro pro Religione, non negabant subiectionem dicti Vicarii,
seu Capellani in concernentibus curam animarum, & admini-
strationem sacramentorum, cum desuper nimis clarę dis-
positionem tam per S. Concil. Trident. quod per constitutio-
nes Pii V. & Gregor. XIII. Sed infuse quod super modificatio-
nis, seu declarationibus, primò se quod id intelligatur
taxatiue circa præmissa, non autem in aliis causis, Secun-
do, quod intelligatur in actu uisitationis dumtaxat, non
extra, iuxta declarationes Sacre Congregationis relatas
apud Novat. in summa Bullar. titul. de exemptione privilegia-
torum in 4. dubio, & Cefpedes de exemptione regular. capit.
22. dub. 21. Tertio, quod Ordinarius exprime teneatur,
quod uisitationem faciat tanquam delegatus, ne alias con-
fundatur actus eum iurisdictione ordinarię, ut per Barbof. in
collecat. ad Concil. sess. 24. de reform. cap. 11. sub numer. 8.
Fagnan. in cap. cum dilectus, num. 42. de religiosis domibus,
& alibi; & habetur per Rotam in Toletana iurisdictionis 27.
Januarii 1622. Beuilaqua; Et quarto quod hæc Jurisdicchio
delegata censetur cumulatiue, non autem priuatiue ad Su-
periores ipsius Religionis, ut disponit eadem Constitutio Pii
V. §. 7. Barbof. sess. 25. de reg. cap. 11. numer. 25. Pasqualig. ad
Franch. de potest. Episc. in regularibus, quest. 3. num. 117. Ce-
spedes de exemp. d. cap. 16. dub. 243. num. 1. ubi allegat Vancem-
con. confil. 475. Fagnan. in ca. de offic. ordinarij. nu. 31. & 39.
cum sequ. Penia dec. 260. iuxta Vencem. alias 336. iuxta Lug-
dunen.

Scribens autem solus pro Episcopo, etiam cum sensu veri-
tatis, quatenus pertinet ad illam modificationem, ut ex-
pri-
mi-
debetur iurisdicchio delegata, dabam manus, cum id pa-
rum, vel nihil referret; Quo uero ad alteram super iurisdic-
tione cumulatiue dicebam, quod aut loquimur de uisitati-
one propriarum Ecclesiarum competente quodam iure ordina-
rio ex constitutione Pii IV. Prælati hujus Religionis, & da-
bam etiam manus, quod istud jus non esset sublatum, quam-
uis in eisdem Ecclesiis exerceret curam animarum, & mini-
strarentur Sacramenta, cum non implicet, eiusdem Eccle-
sie, vel etiam personarum inibi uisitentium, duos dari uisita-
tores diuersis respectibus, ut docet praxis generalis in
omnibus Ecclesiis & personis Regularium, quibus annexa
sunt, quoniam Ordinarius uisitat quoad concernentia

eandem curam, & Sacramenta, sed non per hoc prohibetur
Superior Regularis uisitare quoad cultum, & alia etiam ip-
sam curam & administrationem concernentia, in ordine ta-
men ad ipsos ministrantes, ut infra.

Circa uero concernentia ipsam curam & administratio-
nem dicebam, quod dicta cumulatiue prætendebatur per
concursum aliter uisitatum, ita ut unus præueniendo alterum
impediret, & tunc omnimò uiam remanebat præuenisse, nulli
penitus innixa fundamentum, tum quia clausus sensus Bulle
Pii V. circa præseruationem iurium alia Religionis competi-
tentium, percutit dictum cultum compatibilis & simultaneę
concursum ut supra; tum etiam ob uiam & conuenientem
rationem, ob quam ut satis frequenter habetur hoc tit. Or-
dinario datur iurisdicchio in exemptos quoad curam anima-
rum & administrationem sacramentorum, quod se. princi-
paliter spectantur persona populi, & Cleri secularis, cum
quibus eadem cura exercetur, cum sint eos commisit Episcopo,
seu Ordinario, ad quem tanquam primum Pastorem
pertinet debet inspicere, an inferioris & subordinati pas-
tores suis ouibus plene diuina pabula ministrant, & sic princi-
paliter in ratione pabiva, personarum scilicet Episcopo com-
missarum, cui sacramento ministrantur, unde propterea
Superior Regularis in hoc feingeret non potest priuatiue
ad Episcopum, istum præueniendo, quoniam esset cognos-
cere de non iuris.

Si uero intelligerent de cumulatiua compatibili, & simul-
tanea, quod se. Superior Regularis uisitare & corrigere ue-
lit illum suum subditum, qui malè fe gerat in exercendo cu-
ram, ac in sacramentorum ministrandis, ita uel ita malè fe
gerens duplici punitori subiaceret, & tunc dabam manus, cum
id Episcopo nil interesset, quinimò potius expediat, ut malè fe
gerens duplici Superiori, & correctioni subiaceret potissimè
quia Superior Regularis magis frequenter, & quotidiè id
inspicere potest, quod Episcopo prædicare non conceditur,
presertim extra locum continue residentie.

Relatiua uero ad solum actum uisitationis, patet ab-
que fundamento remanebat, unde merito reiecta fuit, at-
que rescipitur, tam in uisitatione, quam extra. Tum
quia Concilium & Constitutiones Apostolicę in uerbis in-
definite huiusmodi iurisdictionem tribuunt, Tum etiam ob
evidentem rationem nimis clari absurdum alia resiliant, ut
quoniam cum uisitatio fieri non solet nisi semel in anno,
& quodque rarius, ideoque profusus absonum esset dicere,
quod Episcopus uidentis sacramenta malè ministrant, &
curam malè exerceri, providere non possit, sed id pati co-
geretur usquequo ueniret tempus uisitationis. Unde pro-
pterea dicta restrictio iuxta sensum allegatorum in contra-
rium, practicabilis solum uideatur iuxta communem usum,
quoad uisitationem ipsius Ecclesie materialis, non autem
circa alia præmissa.

Sub nomine autem concernentium curam animarum, &
administrationem sacramentorum, dicebam, Et S. Con-
gregatio rationabiliter admittit, venire, non solum illos
actus, qui præcisè, ac immediatè id percutiunt, sed etiam
alios, qui in idem mediate influerent, circa uitam scilicet,
& mores eiusdem Curati, & que scandalum populo præbere
possent, dum ista quoque ipsam curam concernere dicuntur,
ne qui sibi commissas uos corrigere debet, eaque ad
meliozem frugem redigere, ita scandalum, vel peccandi
occasionem præbeat; Si enim Episcopus uisitare potest ea
quæ ad dicta administrationem dependent, seu in eum influunt,
quomodo se. teneantur uelint, & uia sacra, esse quomodo
modo ipsi Sacramenta materialiter custodiant, cum similibus
iuxta dec. 167. Seraph. cum aliis per Barbof. de Episc. al-
leg. 74. num. 20. & ad Concil. sess. 25. de Regal. cap. 11. num.
15. Multò magis ea, que concernunt uitam & mores, utpe-
tè magis proximè in id influentia; Si enim Curatus concu-
bitum teneret, vel cum schortis publicè conuersaretur, aut
in tripudis inueniretur, seu publicè & scandalosè luderet, ta-
bernas frequenteret, feu armatus, aut parum decenter uesiti-
tus, siue de tempore bacchanali personatus incederet, nemo
dicit id non præiudicare exercitio curę animarum, & admini-
strationi sacramentorum ratione scandali exinde resiliantis.

Atque si per S. Congreg. pluries, præsertim uero in una
Fundana 23. Junii 1663. decisum fuit, subcolletores Apo-
stolicos, alioque exemptos, posse ab Episcopo corrigi quoad
concernentia cultum diuinum, ac indecentem leuitiū
Ecclesie, quia nempe celebrantes, uel in diuinis interuenien-
tes non deferant ueltes, & collatam decentem, siue quod
scandalosè tabacum fumant in Ecclesiis, cum similibus,
fortius circa ea, que ut dictum est, magis proximè ad dic-
tam

Etiam curam insunt, atque super hoc nulla per S. Congr. habita fuit dubitatio.

Major igitur, ac tota difficultas fuit circa alias causas indifferentes, atque a cura, & administratione Sacramentorum independentes, super concursu scilicet trium requisitorum, de quibus in Concilio Tridentino, & in dicta Constit. 67. Gregorii XIII. Non dubitatur enim, dato illorum concursu, de exemptione, nedum quoad curatum, sed etiam quoad omnes alios inferentes. E converso autem dicto concursu cessante, certam remanet Ordinarii jurisdictionem, non obstante quocumque Religionis privilegio, juxta literalem dispositionem presertim dictae Constitutionis Gregorii XIII. unde propterea tota questio est facti, & applicacionis.

De primo requisito additionis servitio Religionis non dubitatur, aliqua vero controversia erat circa secundum, an scilicet dicitur Vicarius scilicet intrinsecus, & septa Religionis, itante quod domus annexa quidem erat domui principali Commendae, & Ecclesiae, sed habebat janam particularem, ita ut esset domus distincta, ut insitebat Episcopus; Verum Ego contrarium sentiebam, ut libere eidem Episcopo insisterem, idemque fuit sensus S. Congregacionis hujus requisiti interventum, quoniam pro exercicio curae, de necessitate, vel saltem de congruentia, Curatus habere debet domum liberam, ut de nocte, quando ipsius Commendae januae sunt clausae, libertatem habeat subvehendi peregrinantium necessitatibus: De religio enim, cum domus esset fixa & prope Ecclesiam, & Commendam, cum ejus communicatione, certum videbatur illam dici partem, vel membrum ejusdem Commendae, & de ejus sepe, eique conveniebant rationes, ob quas inferri habetur, in colonis, & aliis quamvis habitantibus in domibus de dominio Commendae, istud secundum requisitum non concurrere.

Deficiente vero tertium requisitum vivendi sub obedientia Commendatarii, dum iste in loco non residebat, sed vel in Conventu Melevitano, vel in patria satis remota regionis moram trahebat, unde propterea non aderat Superior, sub cuius obedientia & oculis ille per servitium effectus subditus vivebat, & sic cessabat ratio, cui tam Conciliaris dispositio, quam dicta Gregoriana Constitutio innituntur, super copulativo concursu trium requisitorum in non professis, & de qua ratione habetur infra occasione colonorum viventium in domibus colonie prioriorum ipsius Commendae, unde propterea ex defectu istius requisiti, iustè responsum fuit pro subjectione Curati, seu Capellani ad formam dictae Gregorianae, etiam in causis indifferentibus.

Super secundo dubio, ministrorum habitantium ipsam per Civitates, & loca in privatis domibus more reliqui populi, ac extra septa, & domum Commendae, nulla fuit habita difficultas, quoniam etiam scribentes pro Religione dabant manus, ideoque major disputatio fuit super tertio, colonorum, & aliorum inventurum, qui vivebant in domibus fixis colonie ipsius Commendae in ejus praedictis existentibus, unde propterea acriter insistebatur, ita verificari secundum requisitum, cum de interventu primi non dubitaretur. Verum inanis remanebat disputatio, cum admisso etiam secundo requisito, adhaec non intraret exemptio ex defectu tertii, eodem modo quo supra pro non exemptione Vicarii, seu Capellani istudum est, atque id sufficiebat ad effectum praesentis disputacionis.

Ubi autem essent in casu, quod Commendatarius resident in Commenda, ita ut adesset superior, sub cuius obedientia subditi viverent. Adhaec tamen dicebam, etiam cum sensu veritatis (qualis per S. Congregacionem canonizata fuit) quod omnino deberet dictum secundum requisitum residentie intra domos, & septa, cum id verè intelligendum veniat de illa conventiva, que iuxta proprium, vel similitudinatum morem claustralem, fiat insimul, & collegiatiue cum superiore, & sub ejus oculis in uno loco.

Quod probari dicebam ex verbis Concilii, & Gregorianae, & clarius ex ratione, ac etiam ex DD. autoritate, in verbis siquidem, quoniam illa verba *residere intra domos, & septa*, insimul ponderata, non poterant habere alium sensum, neque modo aliquo referibilia erant ad vitam privatam, & singularem more aliorum de populo seculari in singulis domibus ad solam habitationem privatam destinatis, quarum respectu omnino incongruum erat illud verbum, *residere*, ac etiam alterum *intra*, quod proprie denotat quandam intrinsecitatem, id est claustralem, & restrictivam, cum alias in quibuscumque domibus vivatur intra, non autem extra, & super tecta, unde fuisset fatua loquutio,

addito etiam illo verbo *septa* per copulam unito cum verbo *domus*, ita ut omnibus insimul ponderatis, sensus literalis videretur clarus.

Clarius vero attentata ratione, ob quam, tam à Concilio, quam per d. Gregorianam, in secularibus non professis dicta tria requisita copulative desiderata sunt, ad effectum exemptionis ab Ordinarii jurisdictione, quod fecit quando hujusmodi servientes, famuli & ministri Regularium vivunt intra domos, & septa ipsarum Commendarum, seu Monasteriorum, sub obedientia superioris Regularis, & insimul cum ipsis Regularibus, ita vivere dicuntur quodammodo more claustrali, & religioso, eodem modo, quo vivunt ipsimet Religiosi professi, licentiam non habentes, ad libitum male, & scandalose vivendi, quamvis velint, dum more Monasteriorum de seculo clauduntur januae, & non conceditur in horis incongruis ingressus, vel egressus, neque introductio mulierum, vel alia minus licita conventuatio, cum similibus ob praesentiam, & oculos superioris.

Ideoque secundum, & tertium requisitum dicuntur insimul connexa, atque unum est alterius consequitivum, quae ratio adaptari non potest colonis, vel aliis viventibus more reliqui populi secularis in privatis domibus, cum licentia, & libertate vivendi pro libito, quamvis tales domus esse de dominio Commendae, vel Monasterii, quoniam esse de dominio ipsius Commendae, & Monasterii, nam alias cum hujusmodi Prioratus & Commendae quamplures domus sub eodem dominio habere solent parvas per Civitatem & territorium, ut praesertim videmus de prioratibus Urbis Capuae, Messanae, & similibus ita dari posse casus, quod iustè pertinet jurisdictioni hujusmodi Priorum, vel Commendatario- rum, ipsique majores habent subsidios, quam Episcopi, vel Magistri saeculares, quoniam singulis habitatoribus in domibus, & praedictis de dominio, & pertinentiis Prioratus distribui possent varia, ad effectum verificandi primum requisitum servitii Religionis, nisi scilicet (e.g.) Advocati, alteri Procuratores, alteri sollicitatores, alteri exactores, alteri ratiocinatores, alteri inservientes Ecclesiae, cum similibus, quo nil absurdum, ideoque revera ista praesentio nullam subsistentiam habere videbatur.

Et ne desuper deficeret auctoritas, in his specialibus terminis, ut secundum & tertium requisitum intelligatur modo praemisso, & quatenus vivatur intra septa, id est intra claustrum, in qua vivat Superior, deducebam in specie auctoritatem Marci Antonini, *1.1. var. cap. 18. num. 4.* cum quo pertransit etiam modernus Paffertius *de statu bonorum, quae 189. sub numer. 492.* Ac etiam adducebam declarationem S. Congregationis in una Tranen. relatum per Leon. *in thesauro fore. Eccl. pari. 2. cap. 18. numer. 106.* & per Monetam *de Conservator. cap. 6. numer. 52.* occasione Ecclesiae sepulchri Baroli, quod scilicet illi clerici & presbyteri praesentiae Ecclesiae hujus Religionis inservientes, nisi vivant intra ipsius Prioratus, seu Commendae septa, subiacent loci Ordinarii. Allegando etiam praxim in facto proprio, dum praesentem Vicarius Capitalis & Generalis Venerabilis, cum presbyteris, & clericis, adinstar consuevit Collegiate, inservientibus in celebri Ecclesia Sanctissime Trinitatis illius Basilivatus, Ac etiam deducendo praxim multorum clericorum, & presbyterorum inventurum in Ecclesia S. Joannis ad mare Prioratus Neapolis, quoniam nisi vivatur intra illa septa, nihil refert, quod concurreat primum requisitum servitii Ecclesiae, vel etiam alterum habitacionis in domibus sparsis per Civitatem quamvis de dominio ipsius Prioratus.

Ponderando etiam praemium dictae Gregorianae constitutionis, ubi dicitur in specie, quod Vicarii, Capellani, ministri, inservientes, coloni, procuratores & familiares, sicuti privilegio Religionis, delictorum impunitatem sibi promittunt, unde propterea Pontifex profertur illam facere Constitutionem, *ut religiosi vivere debeant, non autem laicioris vite occasione sibi arripiant.* Igitur praesentis Constitutionis praesentia intelligenda est modo praemisso, & non alias.

In contrarium adducebatur specialis auctoritas Monetæ *in tractat. de Conservator. dist. cap. 6.* ubi in specie considerando Antoninum loco supra allegato, dicit sufficere quod vivatur in domibus Commendarum & Prioratum. Verum ista auctoritas omnino spernenda videbatur, quoniam cum casus dedisset, ut Antoninus tanquam Vicarius Generalis Papien. ad aliquos actus processisset contra ipsimet Monetæ, qui tanquam Conservator privilegiorum plura sibi assume-

bat, similibus insistendo, ut liquet ex dicta Antonini resolutione super hoc edita. Idcirco ipse, tanquam pars interessata, & ad propriam defensionem, tanquam per speciem apologia illam scribere curavit, unde propterea nulla fide dignus est, potissime dum nullum deducit solidum fundamentum, vel rationem convincentem. Atque occasione respondendi addebam etiam auctoritatem moderni collectoris *Nicolis in easus solutis*, verbo *Electro solutis*, *num. 6.* ubi agendo de ista Gregoriana constitutione dicit, quod clerici & ministri servientes huic Religioni piumunt ab Episcopo, dummodo non vivant intra claustra, & sic sentitur de modo vivendi collegiatiue, seu claustrali. Quamvis libere insinuatum, praesertim incongruum & indecorum videri, ut adeo superius Magistraliter (dum haec disputabatur) ex 20. & ultra Cardinalibus constituit, ac deceptus ad interpretandum Concilium Tri-d. ejus iudicium regulare deberet ex auctoritate hujusmodi collectorum, hoc enim Ego nunquam fuisse potui.

Dicebatur etiam in contrarium, dictum claustralem vivendi modum, praesentem non esse in ista Religione, quae nullum habet Conventum nisi Melevitanum, qui solus venit sub nomine Conventus, Sed etiam nimis leve fundamentum, quoniam non dicebatur, quod vivi deberet in forma *Conventus*, sed quod ad instar vitae Conventualis, vivere in eadem domo insimul cum superiore Regulari, & sub ejus oculis, eodem modo quo in Urbe satis frequens praesentis dicit famulorum aliorumque inservientium saecularium, qui cum Regularibus vivunt in domibus, quas aetivo tempore ob insalubritatem aeris Monasteriorum ipsi Regulares inhabitant ad formam Hospitalii, quoniam non sunt Monasteria, neque Conventus cum formali claustra, seu claustris, sed bene in eis vivunt ad instar. Atque ita id praesentari potest etiam in colonis, in quibus scribentes pro Religione inculcabant alias privilegium nunquam esse praesentabile, quoniam in praesentibus partibus, ut praesertim videmus in Apulia, vitan colonis, & laboratores, qui die sparsim laborant per agros, de nocte ac diebus seorsim in una domo congregantur, ibique insimul convivunt sub uno Rectore, seu Superiore.

Satis etiam insistebatur in eo, quod licet Commendatarius esset absens, aderat tamen Conservator, qui non gerebat nuda partes Conservatoris, sed etiam illas iudicis & superioris, tanquam Vicarius ab ipso Commendatario deputatus, unde propterea inferrebat adesse superiorem, sub cuius obedientia & correctione viverent Capellanus, clerici, coloni, & alii servientes, atque hoc motivum aliquam faciebat impressionem apud nonnullos; Revera tamen nullus ponderis erat, cum tunc solum fuisset considerabile, quando ille Vicarius, seu locum tenens, quem Commendatarius loco sui absentis deputasset, viveret intra ipsa septa insimul cum clericis, colonis, & inservientibus; eodem modo, quo, absente Abbate, vivitur in Monasterio, vel Hospitalio sub obedientia Prioris, vel alterius Praesidentis, ut etiam in hac Religione praesentatur in Prioratibus & Basilivatus, quorum possessores ut plurimum resident in Conventu Melevitano apud M. Magistrum, qui deputantur unum militum iustitiae, vel Capellanum conventualem in Vicarium, seu locum tenentem, qui concurrens aliis requisitis, dicitur superior, sub cuius obedientia vivunt, tam professi, quam non professi inservientes. Non autem ubi talis Vicarius vivit propria domi more prioratorum, habens solum jurisdictionem, seu facultatem recognoscendi casus.

Ad elucidandum vero tertium requisitum vivendi sub obedientia, & quid illud significet, seu importet, dicebam plures dari obedientiae species, collectas in *Theatro vite humanae*, sub verbo *obediuntiae*. Una enim est illa stricta & praecisa, quam sub voto ac sub praescepto profertur superiori veri Religiosi professi, quae exigit plura requisita ibidem collecta, nempe *ut sit foris, caeca, stabili, prompta, humilis, & perseverans*; & de ista Gregoriana constitutio non loquitur, cum contradistingat Religiosos professos sub hac obedientia, in quibus ad exemptionem tria requisita non desiderantur, necessaria solum in non professis.

Altera est obedientia remota, ac merè voluntaria, & accidentalis, seu causativa, a qua licet unum est quodcumque recedere, ut est obedientia annexa famulari, sub qua vivunt omnes, qui alieno servitio & stipendio ad annos, menses, vel dies seadiungunt, quia pro tempore quo durat famulari, seu locatio futurum operam, vivere dicuntur sub obedientia Domini, vel conductoris, cuius ministerium, ad quod conducti sunt, sed de ista sine dubio dicta Constitutio intelligi non potest, cum requiratur alterum requisitum re-

sidendi intra domos & septa, ac etiam in ordine ad primum servitium, seu locationis operarum, non omne servitium sufficit, sed debet esse iuxta eam qualitatem, de qua in proposito fori, vel exemptionis ratione famularis, & servitii habetur in *Laurentiana hoc eod. tit. disc. 33.*

Tertia species obedientiae est illa, quae participat de utraque supra exemplificata, quia nempe non sit praecisa sub voto, & praescepto perpetuo, ut est prima, minimeque remota & impropria, ut est secunda, sed circumscripta perpetuitate ac obligatione irrefractabili, accedat magis primae quam secundae, qualis est illa quam promittunt & servant oblatae Monasterii Turris Speculorum eorum Praesidentiae ex deductis per Navarr. *conf. 82. de Regular. juxta unam impressionem, alias conf. 7. de statu Monachorum sub 3. iuxta alteram, Cyriac. contrav. 704.* ac habetur adum praesertim in Romanitate Altios & Marerios *sub titulo de dote*, & alibi. Eademque obedientia verificatur in praesentibus militibus, seu ordinibus militaribus Ecclesiasticis, praesertim in illo S. Stephani, ex iis quae plene habentur in *Lucana jurisdictionis hoc eod. tit. disc. 60. cum similibus.*

Et in individuo huius Religionis, ultra tres ordines professorum, ex quibus illa constituta est, nempe militum iustitiae, Capellanorum conventualium, & fratrum de obedientia, qui vulgo *servientes* nuncupantur, subsistunt inservientes armorum, & servientes Ecclesiarum, qui *Capellani obedientiae*, ad differentiam conventualium nuncupantur, & de quibus ordinibus habetur in *Luginate. eorum Verolipio disc. 15. pari. 11. recent. repetita post Dian. pari. 10. & pari. 11.* ac habetur adum in *Perusina hereditatis, sub titulo de testamentis*; Adinstar etiam plures personae, quae non sunt Religiosae & professae, & tamen iure professorum ac ad eorum instar vivunt sub obedientia, ut sunt milites devotissimi, *alias de obedientia magistrals nuncupati*, nec non, *oblatae, donati, & similes.*

Adinstar vero huius tertiae speciei mixtae, & per quamdam admixtionem, sub obedientia vivere dicuntur illi saeculares, qui, Prioratum, & Commendam servitio addidit, more Religiosorum perpetuo vitam ducunt collegiatiue, & adinstar claustrum intra ipsarum Commendam, vel Prioratum septa, sub Superiore eos ante oculos continuo habentem, ita ut privati sint ac vivendi licentia, quam habet reliquus clerus, & populus generalis vivens in propriis domibus, ex rationibus ut supra ponderatis, & hic est casus praesentis.

Aliud enim est teneri alicui Superiori obedire, Aliud vero est formaliter vivere, ac vitam ducere sub obedientia Superioris. Prima enim species verificatur in omnibus de clero & populo seculari, qui Episcopo, vel Domino temporali, eorumque respective officialibus ac magistratibus tenentur obedire, sed non inde dicit potest quod vivunt sub formalis obedientia. Ut habemus praesentem exemplum contradistinctionis illorum scholarium qui vivunt intus collegium, vel seminarium, ab illis, qui viventes extra in privatis domibus, ad eundem collegii, vel seminarii scholas accedunt. Omnes enim pariformiter obedire tenentur, ac de facto obediunt ludi magistris, seu studioium Praesecto, vel Rectori, verum non omnes sub formalis eius obedientia vivere dicuntur, sed solum qui in eodem collegio, vel seminario continuo vitam sub ejus oculis ducunt. Idemque praesentem exemplum frequentissimum est in Urbe, alique magnis Civitatibus, ubi ad presbyteros & clericos addidit servitio alicuius Ecclesiae, ut praesertim in Urbe sunt Ecclesiae naturales, Theutonicorum, Hispanorum, Gallorum, & similes. Alii enim sunt qui Missas & divina ibi celebrantes, habent in propriis domibus; Alii vero qui idem munus pariformiter agentes, collegiatiue & more quadam claustrali vivunt intra eundem Ecclesiae domos & septa adiacentia. Omnes enim equaliter obedire tenentur ac obediunt ipsarum Ecclesiarum Praesidis & Superioribus, non tamen omnes vivunt sub formalis obedientia eorumdem Superiorum, sed solum illi de secunda specie, cum similibus, quoniam haec, theoreticè, & praesentè videtur veritas incontrovertibilis.

Quo vero ad quartum quaesitum Conservatoris Privilegiorum qui esset Diececlanus, seu alias, circumscripta dicta qualitate, Episcopi subditi, An per huiusmodi munera assumptionem efficeretur exemptus; Pariet cum sensu veritatis, quam etiam ut supra canonizavit S. Congreg. Dicebam praesentibus vanam esse hanc praesentem, praesentem quam circa ea quae concernent ipsam conservatoriam, seu exercitium delegatè jurisdictionis Apostolicae, Adinstar quotidiana & frequentissima praxis, quam habentus

in iudiciis synodaliibus, aliisque in Ecclesiastica dignitate constitutis, quibus per Sedem Apostolicam per literas in forma Brevis delegari solent in partibus cause appellatio- nis ad eandem Sedem interpositarum a sententiis, vel aliis actibus Ordinariorum, quoniam circa ea que concernunt humilium delegata jurisdictionis exercitium, dicitur Ministri Apostolici, ipsi solum deleganti subditi Abso- lutionem enim effect, ut qui potestatem habet percipiendi & inhibendi Ordinario, vel ejus officiali tanquam iudici a quo, debeat circa ea que dictam causam concernunt, e- dem Ordinario, vel officiali subjacere. In reliquis vero e- orum causis privatis remanent subditi sicuti ceteri de clero, & populo, quorum iure censentur. Deducendo etiam re- gulam generalem, quod exemptio tanquam limitatio in dubio non presumitur, sed per allegantem est probanda, unde cum regula generalis assistat Episcopo, vel Ordinario in omnes Clericos sine diocesis, ex deductis in *Toletana Jurisdisc. disc. 1.* & in aliis hoc titulo frequenter, nulla vero Apostolica constitutio, vel alia determinatio desuper habe- tur quoad istos Conservatores, idcirco remaneat dicta re- gula generalis illa.

Demum quoad quantum & ultimum quæsitum, an hu- jufmodi Conservatores habere possent Tribunal æreum cum formali deputatione, Notarii, Fiscalis, Curatorum, aliorumque inservientium, plana etiam negativa, ob *expressam* & hiteralem decisionem *S. Concil. Trid. sess. 14. de ref. cap. 5. ibi: Non liceat Conservatoribus ullum habere Tribunal æreum*, ac admittunt omnes, etiam ipsæ Moneta, qui ex superius insinuatâ ratione propriam causam defendendo, illum tractatum de *Conservatoribus* componere studeant: Ex ea clara ratione, quod juxta expressam dispositionem text. in *cap. 1. & final. de off. deleg. in 6.* sola potestas Conservato- ris veritatem circa extrajudicialia, & ut compescat vo- lentes opprimere privilegiatos, eorumque privilegia viola- re, & sic ad impediendam injuriam & violentiam mani- festam ex consensu per Barbol. *6. de Episcop. alleg. 106. n. 16. & 18. Rota dec. 184. numer. 23. p. 11. recent.* Unde difficultas solum fuit quoad Notarium, etiam isto casu perneesse as- sumendum, an scilicet teneretur assistere illum fori Episcopalis, vel posset pro libito assumere quæcumque sibi bene visum. Et Episcopus credebatur responderi debere pro necessitate assumendi illum fori Episcopali ob quam- dam declarationem S. Congregationis relatas per Gavanti in *manuali Episcoporum verbo Conservatores, numer. 17. 19. & 23.*

Dei veritas tamen erat mea sententia, unde propterea resolutio fuit juxta votum, quoniam cum ut plurimum munus Conservatoris versetur in defendendis privilegiis Religio- rum ad veritas officialis fori Episcopalis, durum videretur, ut ad id peragendum uti teneretur opera Notarii ejusdem fori, ideoque dictæ resolutiones continere videbantur for- san decisiones casuum singularium, ob illum particulares circumstantias. Et quævis Ego scribens in causa eura- rem adhibere distinctionem, quod aut æreum esset de controversiis cum ipso Ordinario quoad officialibus, & bene procederet dicta libertas assumentium quemcumque No- tarium ob dictam rationem convenientem rationem. Aut de aliis indifferentibus in quibus foris Ordinarii nullum haberet interesse, & tunc saltem de ratione congruentiæ assumi de- beret Notarius fori Episcopali tanquam persona generali- ter probata ad tractandas causas Ecclesiasticas & spiri- tuales. Nihilominus ista ratio non videbatur debere inducere præcise obligationem. Potissimè quia Conservatoris inter- esse habere generaliter unicum Notarium sibi cognitum, benevolunt, & confidentem pro omnibus occurrentibus; etiam illis cum ipso Ordinario ejusque foro & officialibus; cum quibus frequentius hoc munus conservatorie exerceri solet, unde ista ratio præponderat: videbatur alteri jam dic- tæ congruentiæ.

Ultra prædicta dubia in S. Congregatione disputata. Ad eisdem Episcopi petitionem, etiam pro veritate scripti fu- per puncto superius insinuatâ, qui omnes alios prædictos excitavit, eorumque dispositionis occasio fuit, circa facultatem scilicet cogendi hujus Commendæ capellanum ad interveniendum dictæ lectioni casuum conscientie; Circa autem punctum, quævis adesse individuali declaratione S. Congregat. de anno 1698. relata per Barbol. in *collecan. ad idem Conc. sess. 27. de Regular. cap. 12. ut hujusmodi Capellani in curiam animarum exercent in Ecclesiis Commendarum S. Religionis Hierosolymitanæ cognoscant per Ordinarium ad interveniendum in Congregationibus casuum conscientie*; Nihilominus habebam difficultatem contra Episco-

pum, unde propterea consului quod ab hujus puncti dispu- tatione abstineret. Non quidem ex motivo vociferato per Ministros Religionis, quod scilicet dicta declaratio loque- retur de Congregationibus, ideoque extendenda non esset ad lectiones, ob notabilem differentiam inter unum eorum & alterum, quod scilicet in Congregationibus omnes inter- venientes æqualiter discuntur tanquam magistri, in lectio- nibus autem unus facit figuram Magistri, ceteri vero au- ditores, illam discipulorum, Quoniam dicebam d. declar- ationem attendendam non esse tanquam legem, vel statutum exorbitans in solo rigore verborum cum prohibita exten- sione de casu ad casum, cum quibus terminis procedebam scribentes pro Religione in quibusdam eorum responsis; sed eam principaliter attendendam esse in ratione, quod quam prodiit, ut scilicet quoad concernentia curam animarum, & administrationem Sacramentorum non detur exemptio, nullaque differentia sit inter Parochos Ecclesiarum secularium, ac istos Ecclesiarum regularium, & exemptiarum; unde quando Episcopus opportunum credidit omnes Paro- chos, vel curam exercentes, ac Sacramenta ministrantes huic studio, seu exercitio incumbere debere, nulla ratio subest, ob quam humilium Vicarij, seu capellani reliquo- rum jure censeri non debeant, cum differentia inter congre- gationem, & lectionem videatur merè verbalis quia finis, seu effectus est idem.

Difficultas vero residebat in eo, quod ab hujusmodi lectio- ne exempti erant Parochi, qui licet pro libito frequentius ac- cederent, ac bene & laudabiliter agerent, nihilominus mul- tæ, seu coactioni non subjacebant, ideoque cum ille Vicari- us representaret hujus Ecclesie Parochum, non debeat ab alijs esse diversus ac inferioris conditionis, quod redunde videbatur in injuriam & præjudicium Religionis, ejusque privilegiorum, qua ita in osium retorquerentur.

Ponderabam aliquam rationem differentie inter Parochos, & hujusmodi Vicarios, seu Capellanos manuales, quoniam primi provisi in titulum in consuetudinem præscriptam S. Conc. Trid. videntur ita quoadmodum Deborati, seu de- clarati magistri in ministerio, quod dici non potest de simpli- citer approbatis, pro idoneis in examine, juxta eam simpli- citer approbationis speciem, qua fit de omnibus Sacerdotibus ad confessiones audiendas admittendis; Verum non videba- tur solida ratio præponderans dictæ contrarie rationi super violatione privilegiorum, vel super quadam injuria Religio- nis, faciendo Rectorem sive parochiam inferiorem Rectori- bus aliarum, quia licet regulariter parochia in titulum con- ferri soleat cum dicta forma, attamen plures dantur casus, in quibus eadem sine illa, cum sola Ordinarij approbatione prævio examine conferantur; ut sunt provisiones Vicaria- rum etiam perpetuarum, & in titulum, quæ fiunt in paro- chijs aliqui dignitati, vel collegio annexis, ex frequenter de- ductis in sua materia sub titulo de *Parochiis*, vel sunt illæ pro- visiones Apostolicas, quæ fiunt juxta Constitutionem Pii V. ob non servatam in tempore, vel male servatam dictam formam concurrenti a Concilio, vel eadem Constitutione Pii præscri- ptam, vel illa de iure patronatus laicorum; Unde propterea habebam non leve difficultatem, ob quam consului, quod huius puncti disputatio non assumeretur.

ANNOT. AD DISC. IV.

Alia sequuta non est innovatio in casu, de quo in *Fa- ventina, disc. 4.* quia forte ad limites illarum resolu- tionum Partes se contineant; Cumque plures consimiles questiones consisterent super Clericis secularibus, aliisque interventibus Ecclesiarum Hierosolymitanæ Religionis, cum istis resolutionibus, itaque discursu plures procedit fuit; Præsertim vero consimilis questio disputata fuit in *Rota* in una Imolen. de qua agitur infra, *disc. 101.* ideo- que videndum erit.

THEATINA JURISDICTIONIS

PRO ARCHIEPISCOPO

CUM MONASTERIO S. MARIE DE ARABONA UNITO COLLEGIO S. BONAVENTURÆ URBS.

Casus disputatus coram A.C. fori concordatus.

De omnimoda exemptione a jurisdictione Ordinar- rii ante S. Conc. Trid. canonizata per rem judi- catam ad formam Constitutionis Bonifacii VIII. in c.

in c. cum persone de privilegiis in 6. Quid talis res ju- dicata hodie opteretur; Et quid in hoc per Conci- lium innovatum fuerit.

S U M M A R I U M.

- 1 *Falsiseries.*
- 2 *De veritate & operatione rejudicæ.*
- 3 *Quale Tribunal adendum sit pro hujusmodi controver- sis jurisdictionalibus de facili terminandis.*
- 4 *An privilegia generalia Religionis in hac materia suffra- gentur.*
- 5 *De Constitutione Bonifacii Octavi in c. cum persone.*
- 6 *De ejus moderatione per S. Conc. Trid.*
- 7 *Etiam in locis nullius dicta moderatio procedere debe- ret.*
- 8 *Observantia Parisi deferendum.*

D I S C. V.

Monasterium S. Mariæ de Arabona, quod alias Ordinis Cisterciensis, per Sixtum V. suppresso Abbacia titulo, unum fuit Collegio S. Bonaventuræ per ipsum credo in Conventu SS. Apostolorum Urbis; possidet in utriusque dominio, & jurisdictione temporalis aliqua Castra intra limites Diocesis Theatine, in quibus jurisdictionem etiam spirituales ab antiquo exercere consuevit, cum omnimoda exemptione a jurisdictione Ordinarii, Cumque Bonifac. VIII. in ejus Constitutione registrata in *cap. cum persone, de priv. in 6.* ad dirimendas hujusmodi questiones super jurisdictione, ac respective exemptione, que tunc erant nimium frequentes, ac scandalosa pariebant, certam formam præscripsit, idcirco cum hujus Theatine Ecclesie Episcopus esset abens & residentia, utpotè ejusdem Bonifacii adhuc vivens Confessoris, Abbas dicti Monasterii obtinuit deputari iudices, in quibus de anno 1302. prodiit sententia in judicatum transacta, per quam declaratur, dictum Monasterium, cum omnibus ejus castris, locis, & Ecclesijs in eisdem castris existentibus, esse omnino & totaliter exemptum a jurisdictione ordinaria Episcopi, dictaque res judicata effectum sortita est usque ad publicatio- nem S. Conc. Trid. sequutam de anno 1564. Ex quo tempore, de anno scilicet sequenti, Episcopus in via delegationis ab eodem Concilio factæ locorum Ordinarij, etiam in locis exemptis, super concernentibus curam animarum, admini- strationem Sacramentorum, visitationem, & aliâ dictam delegatam jurisdictionem exercere cepit, visitando, alia- que gerendo eam concernentia, atque ita semper confirmata fuit usque ad annum 1664. in quo volente moderno Archiepiscopo facere idem, quod prædecessores fecerunt, Vicarius per Cardinalem dicti Collegii Protectorem in dic- tis castris deputatus, se opposuit, impugnando etiam dic- tam delegatam jurisdictionem, tanquam in locis nullius, cum territorio separato, atque ut dictam oppositionem co- honestaret, & Episcopus visitare volentem impediret, obtinuit ab A. C. monitorium super observantia dictæ senten- tiæ ac manentem in quasi possessione dictæ omnimodæ jurisdictionis, cum inhibitione in forma. Cumque ex parte Archiepiscopi (foram minus caute) gessisset via S. Congr- Concilii prompta & facili, aditus fuit idem A. C. pro di- cti monitorij & inhibitionis moderatione ad formam Conc. Trid. & Constitutionum Apostolicarum, se opponente dic- to Cardinali Protectore, multe fuerunt habitæ disputatio- nes abque effectu, quoniam dum Archiepiscopus, qui ad visitandum accesserat, spreto dicto monitorio, etiam vio- lenter (in sua existimationi ita consuleret videtur), ad vi- sitationem alioque actus procedere voluisset, oppositum in primis fuit de attentatis impediendis attentantem audi- ri, et prius non purgatus, unde propterea hæc purgato fuit causa, quod vel Archiepiscopus desistat ab ulteriori prosecu- tione, vel se concordavit.

In his igitur disputationibus, non dubitabatur de hujus- modi locorum situatione intra fines diocesis, cum eadem sententia id præscripseret, atque ex circumstantiis undiq- ue, aliter circumstantis esset incontrovertibile. Solum- que pro dictæ præsentionis fomento duo desinebantur ex parte Collegii fundamenta; Unum deductum ex privilegijs Cisterciensium Religionis per plures Pontifices concessis, præsertim per Innoc. VIII. super omnimoda & plena exem- ptione forum Monasteriorum, ac bonorum, coloniarum, vassallorum, & servientium, consuetudo ipsos Ab- bates vero ordinarios; Et alterum ex dicta sententia ad for- mam dictæ Constitutionis Bonifacii per delegatos latas de anno 1302. in judicatum transacta, & effectum sortita, Do-

cedendo etiam de exercitio omnimodæ jurisdictionis privati- vè ab Episcopo, cum pluribus actibus, percipientibus tam- en tempore antedictam Concil. Trid. publicationem, unde propterea scribentes pro dicto Collegio longas retere- bant allegationes super virtute ac operatione rei judicata, quod scilicet firmet statum, faciat ens de non ente, ac de albo nigrum, omnemque perimat contrariam actionem, vel exceptionem, donec per extraordinarium restitutionis in integrum remedium de medio tollatur, juxta receptas quotidianas propositiones, quas etiam, admixta rei judi- cate, cui æquipollet, frequentes in foro habemus circa vir- tutes & operationes transactionis.

Scribens pro Archiepiscopo, cum sensu etiam veritatis, prolixi improbabilem esse dicebam hujusmodi præsentio- nem, que de plano sublata fuisset in dicta S. Congregatio- nis Concilii, que adiri debebat, effugiendo hujusmodi dis- putationes coram iudicibus ordinarijs, unde propterea ab ista causa eductus, ita prædicandum consului in Faventi- na, de qua *disc. præced.* Cum enim ex parte illius Commenda- tariatij & Religionis obtinuit effectum confirmatum monitorium pro observantia privilegiorum, atque occasione petendi moderationem, curaretur ex parte Religionis assumi litem formalem cum tela judiciali & consuetis dilatorijs, que in his materijs totalis victorie effectum importare solent, assumpta fuit dicta alia via, cum eo felici & brevi eventu, qui ibi habetur.

Examinando siquidem dicta fundamenta, sine dubio non subsistebat primum privilegiorum Cisterciensium, quoniam quidquid sit, an hujusmodi privilegia concessa ipsi Religioni, ejusque Abbatijs & Prelatis in universum, retineantur per Monasteria ab eadem Religione diftrem- brata, Atque suppresso Abbacia titulo, hujusmodi Colle- gijs, vel alijs Ecclesijs unita, in quo etiam prohibitorij vide- tur negativa, ut de eisdem privilegijs, occasione consimilis Monasterij uniti Collegio Romano habetur in Mace- raten. *disc. seq.*

Ubi etiam affirmativa admitteretur, adhuc juxta ea, que de similibus, imò amplioribus privilegijs Sac. Religionis Hierosolymitanæ habentur supra in *Toletana disc. 1.* ea sus- frangantur quoad ipsos Religiosos, eorumque Ecclesias, ac etiam servientes, & ministros habentes requisita, de quibus in dicta Faventina, & sic quoad exemptionem passivam, non autem quoad jurisdictionem activam in clerum & popu- lum sæcularem cum lege Diocesana & territorio separato, quod ex deductis in eadem *Toletana & in alijs*, non induci- tur nisi per expressum privilegium Apostolicum, vel per im- memorabilem, cujus vigore idem privilegium allegari posse- rit, ideoque iste punctus videbatur planus.

Quo vero ad alterum fundamentum, ut supra deductum ex dicta res judicata, due cadebant disputationes. Una ordinis super ejus validitate, an scilicet illa esset lata servatis servan- dis, ac præsertim citato & audito Episcopo, seu ejus Pro- motore Fiscalis, quod per casum patronum ex hac parte nega- batur; Et alteram in meritis negotij principalis, super ope- ratione scilicet & relevantia dictæ sententiæ, ubi etiam valde ac servatis servandis lata esset; Quicquid autem esset de prima inspectione consistente potius in factis, super quo nulla solent esse partes Advocatorum Romana Curie.

Quatenus pertinet ad alteram, Dicebam scribens pro Archiepiscopo, quod cum illis temporibus controverses ef- fect hic punctus, qui neque hodie est plantis, an iudicium spirituales in aliena diocesi esset præscriptibilis necne, ad materiam text. in *c. auditis, &c. cum olim de prescrip. ex iis*, que in eadem *Toletana* desuper deducta habentur, unde pro- pterea frequentia resulabant scandala & incongruentia; Idcirco Bonifacius Octavus, ut his consuleret, dictam edi- dit Constitutionem, ut inferioribus Prelatis plenam juris- dictionem & exemptionem respectivè probantibus eamque per sententiam, juxta formam ipsi præscriptam Canonizari obtinentibus, Episcopi acquiescerent; Et converso eadem acquiescentia resularet in talibus Prelatis, vel alijs, juris- dictionem, ac respectivè exemptionem prætendentibus, sed non bene justificantibus.

Quia vero spatio annorum circiter 250. a dicta Consti- tutione ad Concilium Trident. experientia docuit quod in hujusmodi locis sub inferiorum Prælatorum jurisdictione existentibus, plures irreperant abusus, circa curam ani- marum, administrationem Sacramentorum, cognitionem causarum matrimonialium, & criminalium, collationes ordinum, & alia ius jurisdictione delegata in locis exem- ptis hodie venientia, Idcirco Sacrum Concilium ut his consuleret, præsupponendo plenam & omnimodam juris-

ditionem ordinariam, ac exemptionem privative ad Episcopos, seu locorum Ordinarios, in premissis jurisdictionem ab Apostolica sede delegatam eis concessit; Unde propterea dicebam, bene simul stare, quod de tempore dictae sententiae, hujus Monasterii Praetatus, plenam & universalem haberet exemptionem, ac jurisdictionem respective, & tamen quod statim situate monasterii & locorum in hac dioecesi, ita ut non concurreret vera & propria separatio territorii, dicta superveniens Conciliaris dispositio hujusmodi facultatem tribuerit.

Nemini enim datur id quod habet, neque res mea potest deinde effici mea juxta vulgata axiomata, unde propterea haec jurisdictionem jure delegatam, ac nomine Sedis Apostolicae exercendam, sicut jure proprio & ordinario habuissent, ideoque per Concilium praeposita fuit ea totalis exemptio, quae ad limites praefatae sententiae per scribentes in contrarium exegeratur, ac propterea concessa fuit delegatio. Quod ex rationis identitate optimum esset extendi etiam ad loca nullius cum vero & proprio territorio separato, ut plurimum sentis id fuisse quoque de intentione S.C.T. quamvis ex declarationibus S. Congregationis contrarium receperit, sed forte tractu temporis ob eandem praedictam inconvenientiam & scandalorum rationem ab hac opinione recedendum erit, vel demandanda hujusmodi Praetatorum suppressio cum restitutione antiqui Dioecesis, seu vicinioribus, ut esse sensum plurimum zelantium Cardinalium dicte Congregationis Concilii agnovi occasione disputandi punctum, de quo infra in Mutinen, seu nullius Carpen, collationis ordinum, & disc. 16.

Et quatenus pertinet ad praesentem causam praemissa clare comprobari dicebam a subsecuta observantia, quae in omnibus materiis est optima interpretis, ac interpretationum Regina, quoniam abstantibus Episcopis a tempore dictae editae Constitutionis usque ad illud publicationis Concilii Tridentini visitatione, ac exercitio aliorum actuum jurisdictionalium in hujusmodi locis, illi post dictam publicationem, de anno scilicet immediate sequenti, visitate, dictamque delegatam jurisdictionem exercere coeperunt, atque ita spatio unius saeculi continuatum fuerat, unde propterea profusum improbabile videbatur haec dicti Collegii, seu ejus Protectoris praesentio, quoniam dicta res judicata, ac status antiquus per eam firmatus, est recte compatibilis cum lege Conciliaris postmodum superventae, dictumque statum ita immutante, & itam credendum esse veritatem.

ANNOT. AD DISC. V.

De facto in casu contento in Theatina, de qua hoc disc. 5. subditi se convenerunt in rebellionem, etiam respectu jurisdictionis delegatae, quae nullam revera patitur contrarietatem; Idque ex iudiciali ordinis rigore super purgatione praetentorum attentatorum, ob spem cum cuiusdam inhibitionis A. C. ideoque causa introducta est in Rota; Sanctius vero esset, ut omnes ille controversias privative ad alia Tribunalia, committerentur S. Congregationi Concilii, quae in forma summaria, eas breviter decideret, eo modo quo sequentem est in praecedenti disc. 3. & 4. ideoque videndum erit quid per Rotam firmetur.

M A C E R A T E N. SEU TOLENTINA JURISDICTIONIS PRO COLLEGIO ROMANO SOCIETATIS JESU CUM EPISCOPO.

Causa decisiva per Sac. Congregationem Concilii pro Episcopo.

De eadem materia jurisdictionis delegatae competentis Episcopis, seu locorum Ordinariis in Ecclesiis, & locis exemptis. Et aliqua etiam de territorio separato.

S U M M A R I U M.

- 1. Fallit.
2. Resoluit S. Congregationem.
3. Multitudo Advocatorum, et motivorum, eorumque diversitas praedudicari solet causis.
4. Referuntur diversae motus causae.
5. An ex parte Episcopis agendi probari debeat status in dioecesi.
6. Privilegia concessa Religioni ejusque Monasteriis non

competunt Monasterio ab ipsa Religione dismembrato.

7. De distinctione privilegiorum realium, vel personalium.

8. Quid operentur in hac materia privilegia exemptivae religionum, vel Ecclesiarum.

9. Principes seculares nullam habent potestatem circa territorium, & fines spirituales, sed id pertinet ad solum Papam.

10. Principum privilegia deservire possunt tanquam lex fundationis, accedente assensu Papae, etiam in iis, quae sunt juri contraria.

D I S C. VI.

DE anno 1075. Guarnierius Dux Spoletini fundavit Monasterium Clavellii in agro Ordinis Cisterciensis, situm in quodam tenimento inter Oppida Tolentini, & Urbisalia, tunc dioecesis Camerinenfis, sub elege, quod Abbas benedictionem receperat a Romano Pontifice, sub cujus tuitione, ac immediata protectione esset, ita ut (sunt verba documenti) nec aliquis Episcopus, vel alia persona Ecclesiastica, seu secularis, nullo unquam tempore ibi aliquam habere potestatem, vel praesentionem; Atque de anno 1150. Eugenius III. dictam erectionem approbando, Monasterium juris B. Petri declaravit, & sub eius & Sedis Apostolicae protectione suscepit, unde propterea ab eo tempore Abbas intra dictum tenimentum (in quo etiam aliqua fama est alias Castrum inhabitatum ad usum) utramque jurisdictionem spirituales, & temporales exercuit, absque eo quod appareat, Episcopum Camerinensem aliquam dedisse molestiam, tantibus praesentibus, ultra dictum privilegium particulare, amplius privilegii exemptivae ipsius Religionis, illo potissime concessio per Innocentium VIII. per quod Abbas in eorum Monasterio, ac annexis declaratur veri Ordinarii, cum omnimoda exemptione a quacumque Episcoporum jurisdictione; Cum autem hoc Monasterium, eodem Religione in eo continuante, consuetum esset ab aliquo tempore concedi in Commendam Cardinalibus, vel Praetatis secularibus, Gregorius Decimus Tertius anno 1581. suppresso titulo Abbatiae, dictique religiosi ejusdem, illud univit Collegio Romano Societatis Jesu, cum omnibus ejus antiquis, jurisdictionibus, & prerogativis, tribuendo quidem Collegii Rectori plures facultates, illam praesertim exercendi omnem curam, tam conventuales, quam jurisdictionalem, ac etiam Parochialem, per se, vel per alium, dioecesan loci, vel cujusvis alterius licentia minime requisita; Cumque paulo post de anno scilicet 1586. Sixtus V. vindicando a dioecesi Camerinenfis praefatum Oppidum Tolentini, illud erexit in Cathedralum, quam aequae principaliter univit cum alia Cathedrali Maceratae. Hinc proinde hujus novae Ecclesiae Episcopus cum praefposito quod dictum Monasterium ejusque tenimentum intra dictae dioecesis limites situm esset, praetendere cepit exercitium jurisdictionis delegatae a S.C.T. & Apostolicis Constitutionibus in concernentibus curam animarum, & administrationem sacramentorum cum quibusdam colonis, & operariis, qui cum eorum familiaris in dicto tenimento vivebant, & sacra in dictae Abbatiae Ecclesia recipiebant; Unde desuper introducta fuit in Rota ab anno circiter 1584. absque ulteriori prosecutione, utraque partium procurante aliosque actus jurisdictionales facere, ac respective in exemptione se conquiret usque ad annum 1662. in quo modernus Episcopus, hujusmodi praetensionem formiter promovendo, adit Sac. Congregationem Concilii, a qua de mense Junii ejusdem anni prodit consuetum scriptum Episcopo favorabile, illius scilicet esse manutendum in exercitio dictae jurisdictionis delegatae, donec praesentium territorium separatum justificetur, vel per privilegium, vel per immemorabilem cum tribus conformibus canonizationem.

Remansit vere dictum scriptum sine effectu, ex eo quod me consulente, Collegii Superiores mandarunt, illos operarios, & colonos cum uxoriis, & filiis in tenimento, & extra Abbatiae ambitum, in forma populi viventes dimitti, retinendo solum eos operarios, qui circa claustra violationem, vel scandalum, intra ipsius Abbatiae claustra, & ambitum vivere possent, quorum respectu privilegia exemptiva, etiam quoad hoc operantur ad eisdem Concilii mentem ex supra deductis in Faventina disc. 4. Vel quod idem coloni & operarii, eorumque uxores, & filii accederent ad Parochiam Oppidi adjacentis ad sacramenta recipienda, ita renovando materiam, sui occasione visitandi, alioque hujusmodi jurisdictionis actus exercendi, atque hoc fuit bonum temperamentum, per quod cessavit controversia occasio.

In hac autem disputatione habita in Sac. Congregatione, magis vero in Congressibus pro causa directione habitis, cum interventu plurium Advocatorum, ac etiam ejusdem Societatis professorum aliquam juris peritiam habentium, multa promota fuerunt motiva, magnaque intercessit opinio diversitas, quae Episcopi victoriam faciliorem reddidit, quoniam, ut frequens experientia docet, multipliciter, ac diversitas motivorum caulis praesudicat, eo modo, quo multitudo medicorum, ac diversitas medicamentorum praesudicat infirmo, quia incongrua & levia motiva, congruis, & solidis fridem adimere solent.

Aliqui enim erant in sensu, principaliter insistendum esse in eo, quod ex parte Episcopi non probaretur finitum intra limites dioecesis, ut ab Episcopo actore probandum esse tanquam intentionis fundamentum, quandoque Rota respondere consuevit, ex supra deductis in Toletana disc. 1. ac etiam infra in Beneventana, & in Aprutina disc. 11. & 12. & in aliis.

Alii, quod principaliter insisteret in privilegio Innocentii VIII. concessio Ordini Cisterciensis, per quod Abbates, veri Ordinarii eorum Monasterii, & cum eorum subditis declarantur; Alii verò insistebant in privilegio Ducis Spoletini, clarè decernente, nullum Episcopum in hoc Monasterio se ingerere posse, sed esse debere solum juris B. Petri, & Sedis Apostolicae, quasi quod ita inducta esset quaedam territorii separatio, saltem improprie, & secundum quid, juxta firmata in Motivis Cassini jurisdictionis coram B. B. dec. 373. par. 11. rec. & de qua habetur actum infra in Maricana, disc. 18.

Et alii demum, quod solidum fundamentum consisteret in indulto Gregorii XIII. occasione unionis, ejusdem Collegii Rectori concessio, ut scilicet per se, vel per alium, curam etiam Parochialem, & sacramentalem in dicto Monasterio ejusque Abbatiae exercere possent, Ordinarii loci licentia neque petita, unde propterea dicebam, ita haberi privilegium expressum, ac literale.

Mihi pro eodem Collegio scribenti, & cui tanquam interdicti Advocato juniori incumbere post causa Patronum votum profere, nullum ex his fundamentis placebat, unde propterea ab initio tanquam, aliudque remedium pro meo iudicio non fuisse dicebam, nisi illud ex tunc supra insummatum tollendi scilicet populum, atque ita dictae jurisdictionis materiam, sui occasione, removere, ut docuit causa eventus meo voto conformis.

Expendendo siquidem singula fundamenta, satis debile videbatur primum non probate situationis, ex iisdem rationibus, ex quibus in tot aliis causis hoc movum deductum, & rejectum fuit, praesertim in dictis Tolerana, & in Beneventana, ac in aliis; Quoniam ultra aliquas enunciativas, aliaque facti adnunciacula, cum hujusmodi controversia ut supra initium haberet ab an. 1590. unde intercesserat spatium ann. 73. prorsus improbabile videbatur, quod in tam longo intervallo, Episcopus Camerinenfis, de cuius tantum dioecesi iste locus praetendi posset, nunquam comparuisset, neque compareret, cum stante totius Orbis divisione in dioeceses, quoties negatur locum esse in illa Episcopi agentis, saltem aliquis probabilis fundus dandus videtur, illum esse in alia dioecesi, ad repellendum ad eorum, ut dabatur, ratione praesentium, majoris adjacentiae, & vicinitatis in Aprutina, de qua jam firmata sint esse nullius, & de territorio separato, ut deductum est in a. Beneventana, disc. 12. Sed nulla ex his circumstantiis accedente, satis debilis in proposito videtur insistentia in sola regula generalis, quod reos, & possessores sufficit vincere per non jus actoris, ut frequens experientia consilium causarum docuit.

Privilegium generale per Innocentium VIII. alioque Pontificis concessum Religioni Cisterciensium, & neque relevare videbatur, quoniam illud concessum fuit inimiti ipsius Religionis, ejusque meritorum; ideoque tanquam ex cessante causa, non videbatur suffragari pro hoc Monasterio, quod a dicta Religione dismembratum, effectum erat membrum, sui praedium hujus Collegii, prosequente naturam immutaverat ex firmatis in Laurentana jurisdictionis, dec. 313. par. 4. rec.

Et quamvis unio facta esset (excepta suppressione tituli Abbatiae) cum omnibus iuribus, jurisdictionibus, & praesentibus, nihilominus id recte intelligendum dicebam quoad iura, & privilegia particularia ipsi Monasterio competentia, & quae realia essent, cum ipsa re ad quemcumque

possessorem indifferenter transfunderet, secus autem quoad personalia, qualia dicenda videtur ea, quae ipsi Religioni, quique professoribus concessa sunt, cum haec non transeant cum re in diversum possessorem juxta distinctionem, de qua Menoch. de praesump. lib. 3. praesump. 103. late Rota in Casenaten. seu Sarinaten. laudantium Ghislerio dec. 400. par. 9. rec. & in eadem 19. Junii 1656. Albergoz impresse post collationes Bondens, dec. 26. & est receptissima distinctio in qua solum controversia esse solet circa factum, seu applicationem, super natura scilicet, & qualitate privilegii, an esset personale, vel reale, ut patet ex allegatis.

Et nihilominus, ubi etiam dictum privilegium intraret, neque in proposito alicujus relevantiae erat, quoniam ex deductis occasione consilium, & ampliorum privilegiorum Sacrae Religionis Hierosolymitanae in dicta Toletana disc. 1. hujusmodi privilegia operativa sunt quoad exemptionem a jurisdictione passiva in ordine ad locum, & personas, id est Monasterii ambitum, ac personam in eo viventes, non autem quoad jurisdictionem activam cum clero & populo faculari vivente in dioecesi, & territorio Episcopi, quia irrefragabilis punctus est in eo, quod illa sunt omnes in territorio Episcopi viventes, atque in eo spiritualia passiva fidentes, ideoque ad eum tanquam patrem pertinet inspicere quomodo pascantur, & sic jurisdictionem cum exercitibus eorum non modo potest ratione ipsorum exercitio, sed ratione curam cum quibus exercetur.

Eademque responsione cessabat alterum fundamentum deductum ex indulto Gregorii XIII. super facultate exercendi curam parochialem, & sacramentalem, absque aliqua Ordinarii licentia, vel requisitione, quoniam intelligitur eodem modo, in ipso scilicet Monasterio, ejusque Ecclesia, cum personis tamen in eo viventibus, secus autem in Clero, & populo vivente in territorio, quod in spiritualibus non est Monasterii, sed Episcopi, qui est pastor ovium in suo territorio viventium, atque in hoc, ut dictum est, verus punctus inevitabilis, per quem hujusmodi privilegia in proposito nullius remanent operationis. Quinimo ponderabam istud privilegium nimium refragari, ac deservire praesentionem territorii separati, quod est unicum fundamentum adversus hujusmodi delegatam jurisdictionem, quoniam ita Gregorius, qui unionem fecit, praesupposuit Monasterium sub alioque Ordinarii territorio, ac jurisdictione situm esse, & sic alium adesse Ordinarium, quam ipsum Collegii Rectorem, cui talis facultas concedebatur, cum alias facta, & inenarrabilis loquutio, & concessio dictae facultatis, Ordinarii loci licentia minime requisita.

Denique quoad fundamentum deductum ex privilegio Ducis Spoletini, illud simpliciter, & de per se consideratum, absque Dubio nullius erat momenti, cum ad Principes facularis non pertinet in his materiis spiritualibus se ingerere, quia facultas assignandi, dividendi, seu univerti territorium spirituale pertinet ad solum Papam privative ad quemcumque, ut plene deducitur in decisionibus coram Bevilacqua editis in dicta Toletana disc. 7. & passim, cum sit principium hodie absolutum.

Quia vero dictae fundationis accesserat Apostolica approbatio concessa per Eugenium III. idcirco ponderabam dictum privilegium Ducis fundatoris, considerandum esse tanquam legem a patrono, & fundatore limine fundationis adjectam, de Ordinarii, seu Papae consensu esse dicta Apostolica confirmatione resultante, unde inferri posset ad conclusionem, quam in materia jurispatronatus receptam, ac frequentem habemus, quod leges in limine fundationis adjectae per fundatorem de consensu Superioris servandae sunt, quamvis essent juri contrariae ad text. in cap. nabis, & cap. praeterea il secundo de Jurpatronatus, ibique scribentes, de quibus Barboi. alleg. 35. Burati. & Aden. dec. 221. & 223. Rojas dec. 294. num. 20. & sequens in sua materia sub tit. de Jurpatronatus, & etiam infra in Papien. & frequentius, disc. 40. & 41. Verum & adhuc urgebat difficultas ob eandem responsonem ut supra datam privilegii generalibus Cisterciensium, ac privilegii particulari Gregorii XIII. occasione unionis, ut scilicet id intelligatur quoad ipsum Monasterium ejusque Religiosos, & servientes, quorum respectu etiam providere oportuit, cum tunc non adhuc dilatata exemptione generali Regularium, illi generaliter subiacerent Ordinario, uti generaliter essent particularia juxta deducta hoc eodem titulo, in Columnis exemptionis S. Caroli, disc. 28. & in aliis, unde propterea causa suas habebat difficultates, atque resolutio Sac. Congregationis, reflectendo ad veritatem, visa fuit iusta & bene fundata.

ANNOT. AD DISC. VI.

IN causa Maceraten. seu Tolentina contenta in hoc discursu, aliud sequitur non est, dum ob cautela...

A S T O R I C E N. SEU NULLIUS JURISDICTIONIS, PRO ABBATE OPPIDI VILLE FRANCHÆ, CUM EPISCOPO.

Casus decisus per Rotam pro Abbate.

De omnimoda jurisdictione quasi Episcopali cum territorio separato competere Prælati inferiori privative ad Episcopum ex privilegio Apostolico.

De laudo, an valeat in bonis, & juribus Ecclesiarum sine beneplacito Apostolico; Et quando istud adesse dicatur præsumptum ex lapsu temporis.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series. 2 De materia remissoria, quando detur, vel denegetur. 3 Ad Papam pertinet territoria dividere, vel unire, ac loca Nullius constituere. 4 Dari non potest de non usu legis, vel privilegii habentis Decretum irritans, & leges Pontificie non egent acceptatione populorum, &c. n. 6. 5 Effectivatio in parte, operatur effectuationem in toto. 6 Declaratur conclusio, de qua, n. 4. 7 Quomodo sit probandus non usus legis, vel privilegii. 8 Quando interruptio facta ex parte Episcopi præjudicat jurisdictioni Prælati inferioris. 9 Privilegium recipit interpretationem ab usu, & potest ex ipsi dimissionem, si non totalem destructionem. 10 Advocati Romane Curie cur dici possint nobiliores Advocatis aliorum locorum, & deratione. 11 Compromissum in bonis, vel juribus Ecclesie cadit sub excepta aganti ambigenda, & si non potest sine solemnitate. 12 Cardinalis assertio de viva voce oraculo per Papam sibi tradito, an sit credendum. 13 Quando beneplacitum Apostolicum præsumptum non intert, licet concurrat lapsus temporis ad id sufficienti. 14 De constitutione Urbani VIII. tollente beneplacitum præsumptum, ut non procedat ubi inter duas Ecclesias. 15 Ad Beneplacitum præsumptum non sufficit tempus, nisi cum eo concurrat observantia vera, & pacifica.

D I S C. VII.

Clemens VII. de anno 1533. Oppidum Ville Franche in diocesi Astoricensi, cum ista dismembravit illudque, excepta collatione ordinum, quam Episcopo reservavit, omnimode jurisdictioni Abbatis Ecclesie Collegiate ejusdem loci subiecit, ita ut ille Ordinarius diceretur, Episcopo autem hanc innovationem egre ferente, supponitur Cardinalem Quinentium, ex viva voce oraculo per Paulum III. sibi attributo ac etiam uti arbitrum a partibus electum, una cum Marchione de Anguillar pariter arbitro electo, Carolo V. tunc Hispaniarum Rege approbante, de anno 1538. laudum protulisse, præfati Indulti Apostolici in multis partibus, ac jurisdictionis speciebus moderatum, præsertim, circa cognitionem causarum criminalium, & matrimonialium, aliorumque graviorum, ac etiam ut Abbatibus provisorio, seu infinito, semper & in quocumque vacationis casu, ad Episcopum spectare deberet.

Illud laudum occasione dedit Episcopo continuandi exercitium jurisdictionis in plerisque speciebus, quamvis

etiam Abbas ad formam indulti eandem jurisdictionem quoque exercere curasset, ita tamen quod nemo pacificus possessor dici posset, donec occasione exorte inter eos controversia super jure volentium voluntatem puellarum Monasterium ingredi volentium, ut ibi professionem emitterent, introducta est illis coram Nuncio Hispaniarum, qui mantentionem in possessore concessit Episcopo; Et introducta per appellationem causa in Rota coram Cerro, assumptaque disputatione super puncto petitorio, An constaret de jurisdictione Abbatis privative ad Episcopum, sub die 19. Junii 1654. affirmativa proliit resolutio pro Abbate, ac expedita ad normam decisionis sententia, commissaque in gradu appellacionis causa in eadem Rota coram Celio sub die 4. Junii 1655. pro dicta sententia confirmatione responsum fuit, ut patet ex dec. 200. inter impressas ejusdem Celsi, & successively sententiarum, Atque commissa in tertia instantia causa coram Bevilacqua, cum sub die 27. Junii 1657. ex hac parte Abbatis assumpta esset disputatio super dictarum sententiarum confirmatione, fuit ex parte Episcopi petita, & concessa remissoria ad probandum articulatam pacificam immemorabilem, & centenariam possessionem fore jurisdictionis, perquam probationem pro Episcopo agentes dicebant illa remanere de clarum decisionum fundamenta, quoniam ita probaretur Beneplacitum Apostolicum præsumptum super laudo, ut supra per Cardinalem, & Marchionem emanato.

Et quævis juxta regulas, dicta remissoria upote calumniose perita super materia improbabili denegari probabilibus debuit, Nihilominus cum hæc sit materia mere arbitraria, in qua pro concessione, vel denegatione nunquam certa, & determinata regula dari potest, atque in dubio Tribunal satis proclivum sit ad concessionem, potissime vero ubi agitur de causa gravi, & de tertia instantia, quanto facilius ob irreparabile præjudicium concedi solet, idcirco concessa fuit, devotioque ad curiam post longum interitium biennii, & ultra processit remissoria, non curantibus post multas intimationes agentibus Episcopi informare, sub die 14. Junii 1660. cor. eodem Bevilacqua, solo Abbate informante responsum fuit pro sententiarum confirmatione, approbandum cum aliquo pinguiori calamo in decisione desuper edita fundamenta deducta in præcedentibus decisionibus coram Cerro & Celio. Addita hinc responsione teltibus remissorialibus, upote non bene articulatum immemorabilem, & centenariam probantibus, dum de contrario convicti erant ex publicis scripturis, publicisque actibus judicialibus probantibus in Abbate jurisdictionis exercitium, & in hoc ita remanent causa, quod sciam.

Fundamenta dictarum decisionum in eo potissime consistunt, quod licet Episcopus fundatam habeat intentionem in assistentia juris super omnimoda Episcopali jurisdictione in clerum & populum sui diocesis, ac omnibus locis in ea sitis, neque dubitaretur de hujus Oppidi situatione intra suam diocesim; Nihilominus cum ad Papam spectet diocesces, & territoria separare, dismembrare, vel unire, atque contineri consistit de privilegio Pontificio super hujusmodi Oppidi dismembratione, transferendo universam jurisdictionem in Abbatem, dicebatur hic effectus loci Ordinarius, tanquam Nullius, & extra quocumque diocesim, juxta auctoritates sæpè decantari solitas super ista propositione, que ut dictum est in Tolentina disc. 1. & in aliis, potest hodie præscriptum tanquam de tertia parte Papæ in his dubitandum non sit, unde propterea tyronum partes potius esse videtur, desuper allegationes, vel reticere, vel desiderare.

Insistebant tamen super ejusdem indulti effectuatione, ac non usi, per quem illud præscriptum esset, ex recepta pariter juris propositione quod privilegia per non usum, vel contrarium usum legitime præscriptum quoque amittuntur, Ac etiam super dicto laudo, quod de viva voce Pontificio Oraculo emanatum dicebatur super dicti indulti moderatione, ad ejus limites, pro Episcopo agentes dabant manus, ut Abbati in actibus reservatis jurisdictionis exercitium permitteretur, atque in his duobus fundamentis consistebant Episcopi oppositiones.

Ad primum motivum non effectuationis, seu contrarii usus, Ego & ceteri pro Abbate scribentes, duas dabamus 4. responsoes per Rotam admittas, unam nempe quod ob defectum irritans in eodem indulto contentum dari non poterat de non usu, quodque leges, vel provisiones Pontificie non egent subditorum acceptatione ad illarum efficaciam & operationem ut infra, idcirco ob infectionem cu-

julsumque actus contrarii a dicto decreto irritante resulantem, dari non potest de non usu, vel de usu contrario illarum destructivo, Cavaler. dec. 77. & 85. Merlin. dec. 814. Burat. dec. 704. & in aliis frequenter.

Et alteram facti, quod scilicet de indulti effectuatione, & usu facti constabat ex tot actibus jurisdictionalibus per Abbatem exercitis, quorum aliqui juxta naturam causæ universalis inducunt, & conservant possessionem in universum, ex deductis in Tolentina disc. 1. Ac etiam quia effectivatio in parte, operari dicitur effectuationem in toto, Cavaler. dec. 408. n. 6. & 149. n. 7. adden. ad Reg. dec. 557. n. 7. Quinimo dicebamus, ex ipsomet secundo fundamento laudi ex parte Episcopi deducto, ad oculum probati usum ac effectuationem privilegii, dum de illius tantum moderatione in parte laudum agit, ita ut hæc duo fundamenta essent pugnantia, & contradictoria.

Prima responsio, Mihi, quamvis more Advocati, cum 6. aliis cum deducitis, ad veritatem tamen reflectendo, cum placebat, unde mirabar quod admittenter, Verissima siquidem est jam dicta propositio, quod Pontificie leges, & provisiones, potissime in his materiis in quibus decernit uti Pontifex, non indigent ad perfectionem, & validitatem eo requisito consentiens subditorum, quod in legibus Principum secularium de jure desideratur, quia ejus potestas est immediate a Deo, non quem a populo, Suar. de legib. cap. 16. & 17. lib. 4. Nav. cons. 1. n. 19. & seq. de cons. Rot. dec. 365. n. fin. post Cene. de Cons. & dec. 194. n. 14. & seq. p. 4. rec. tom. 2. ubi declaratur, & leges Papales tolli ex contrario usu eidem Papa notu, ob ejus tolerantiam, & implicitam revocationem.

Provera etiam, ac recepta est altera propositio per decretum irritans insci quocumque contrarium possessionem, vel consuetudinem, sed utraque procedit in Constitutionibus, seu provisionibus pro bono publico, & per viam legis in universum emanatis, quibus privatorum non usus, vel contrarius usus, & sic factum positivum, vel negativum præscriptum non potest, nisi talis actus esset admodum notorius, atque eidem Pontifici, vel ejus successoribus notus, quod exinde ex ipsius tacite consentia legis abrogatio deduci valet, ut dictum dec. 194. n. 18. & seq. p. 4. rec. tom. 2. Secus autem ubi agitur de privilegii & indulti particularibus, per viam gratiæ personæ, vel Universitari concessis, quia cum beneficia non conferantur in invitos, & quique possit suo juri ac favori renunciare, nil prohibet, ex non usu, vel contrario usu legitime præscripto, tale privilegium regulariter odiosum, & strictè intelligendum, tanquam ex tacita renunciatione suam operationem amittere, ut ita distinguendo habetur dec. 231. p. 5. rec. & apud Orthobon. dec. 229. n. m. 6. & sequi in aliis, quia est distinctio vera, & rationabilis.

Solidiorem reputabam alteram responsionem, quia cum non usus, seu contrarius usus admitteretur tanquam præscriptio juris certæ, & radicati ex dicto indulto resulantibus, opus est illud probare cum requisitis præscriptionis, quorum illud magis est essentiale, possessionis pacificæ non interruptæ pro toto eo tempore, quod juxta præscriptionis qualitatem de jure exigitur, cum actus contrarii non solum causare dicantur interruptionem temporis, sed etiam inducant malam fidem, qua concurrente hodie de jure canonico nunquam datur præscriptio ad notum text. in c. fin. de prescrip.

Et licet scribentes pro Episcopo, cum eidem fundamentis de quibus in dicta Tolentina jurisdictionis, disc. 1. dicebant de hujusmodi actibus ab Abbate gestis, habendam non esse rationem, upote ab Episcopo semper interruptis, atque a majori numero suffocatis. R. replicabam tamen, hujusmodi responsionem majori momenti esse, quodis æreter de acquirenda jurisdictione per Prælatum inferiorem ex solo jure præscriptionis, atque ex beneficio longævæ possessionis, quo casu quæcumque interruptio ex parte Episcopi probata sufficere videtur, nisi actus interruptio nem importantes essent æquivoci, atque ad certam speciem jurisdictionis cum altera non interrupta compatibilem referri possent, juxta distinctionem, de qua in allegata Tolentina, ubi declaratur conclusio causa casum universalem per actus particulares conservandam. Secus autem ubi inferior Prælatum habet per se titulum clarum, & legitimum, qui jure præscriptionis, à non usu, vel contrario usu subiacet prætendatur, quia cum Episcopus in hac parte sit actor, allegans dictum contrarium actum præscriptivum tanquam fundamentum suæ intentionis, tenetur illum probare pacificum, & juxta præscriptionis requisita, atque in hoc observabam evidenter per dictos scribentes æquivocari super

mala conclusionum applicatione, quoniam habenti titulum clarum, nulla incumbit necessitas probandi ejus effectuationem & usum pacificum non interruptum, sed sufficit probare aliquos actus interruptivos contrarie præscriptionis ex non usu, vel contrario usu dicitur, ut ea impedita firmus remaneat ejus titulus.

Illam distinctionem Ego, ad veritatem etiam reflectendo, judicabam verissimam & irrefragabilem, quodis æreter de destruyendo privilegio in genere. Sed mea difficultas erat (ab alterius tamen partis defensoribus non facta) quodis combinatis actibus jurisdictionalibus per utramque partem respectivè exercitis, dari posse longissimi temporis pacificam in Episcopo super certa specie jurisdictionis, quam inferior Prælatum nunquam exercuisset; Sicuti enim privilegium per omnimodum non usum, vel illum contrarium in totum amitti potest, ita per usum limitatum diminui, seu in parte, etiam tanquam ex tacita renunciatione amitti potest.

Sicuti enim habens ex legato, vel alio titulo usufructum, si longo tempore usum tacitum percipiat, ex usufructuario fit titularius ad text. in l. si quis usufructum, ff. quibus mod. usufr. amitt. de quo Rovit. dec. 97. num. 19. & 20. Ita habens privilegium amplum, si eo limitatè in certis casibus tantum utatur, dicitur per non usum in reliquis renunciat, atque in ea parte privilegii vires ex non usu amittit, text. in l. usum ante, c. de agendis lib. 11. cum concordat per Capy. Latr. consule. 12. num. 5. & seq. quia privilegium recipit robur ab usu. Sed non aditit occasio hæc examinandi; Tum quia id per alteram partem motivatum non fuit. Tum quia, cessante oppositione, non aditit occasio ita distinctè examinandi singulos actus, ac videndi an in speciebus gravioribus quas Episcopus prætendebat, adesse necne ex parte Abbatis interruptio, cum id totum, consisteret in facto, ejus examen in Curia Romana extraneum est Advocatis, upote de jure tantum respondentibus, sed incumbit causarum patronis.

Et ex qua ratione (ultra aliam, qualitas præeminentioris Curie Papæ) possunt dejustitia ejus Advocati præterdere le nobiliores ac præeminentiores illius aliarum Civitatum quavis Metropolitanicarum, upote de mechanicis magis participantibus, ac ea que facti sunt, agentibus, dum viam, & revolvunt processum, consuevit petitiones & articulos, se ingerunt in ordinarios alicuius, quod facti sunt, ac personæ opus exigunt exercere, quorum nihil factum Advocati in Curia, cum omnia hæc spectent ad causarum patronos unde intrare videntur ea que circa nobilitatem professionum theologicæ ac mechanicæ habentur insuata in Veni. præeminentiarum, sub rit. de præeminentiis, hoc eod. lib. ex Tiraquell. de nobil. c. 29. & 30.

Quo vero ad laudum, dicebamus Ego & ceteri pro hac parte scribentes ex parte Abbatis (& Rota in omnibus canonizavit responsionem) quod cum agatur de juribus Ecclesie non alienabilibus abique beneplacito Apostolico, aliusque requisitis per Extrav. Ambrosiana, minus fieri potuit compromissum, quod tanquam sapiens speciem alienationis abique eidem solemnitatibus fieri non potest ad not. in c. veniens, de transact. Lapsus allegat. 92. n. 7. Roman. cons. 369. n. 18. Rota in Papien. mannebronicis 12. Martii 1654. cor. Penzingero, §. Laudum, cum aliis in dictis decisionibus allegatis, & conferunt quo in terminis compromissi super feudis habentur ex Bambacario, & aliis in Camerinen. jurisdictionis, sub rit. de feudis, disc. 49.

Adversus hanc responsionem, duo replicabantur ex parte Episcopi, Primò nempe, quod Cardinalis testatur se ita egisse de Oraculo Papæ Pauli III. viva voce sibi tradito, ideoque sibi de hoc attestanti deferendum erat; Et secundo, quod ex lapsu longissimi temporis intrabar beneplacitum præscriptum; Prima responsio in decisionibus tollebat ex facto, quia Cardinalis non dicit Papam approbasse laudum, sive mandasse quod ita laudaretur, sed potius ex ejus assertione constabat de contrario, cum eo emanato referretur Papæ beneplacitum, ac ipsemet Cardinalis narret oraculum restrictum fuisse ad audiendas partium differentias, non autem ad eas decidendas, præsertim cum laico, cui satis incongruum erat committere decisionem controversie hæc spirituales, & Ecclesiasticæ Inter folios Ecclesiasticos abique laicorum mixtura; Ut enim quotidiana experientia docet, frequenter Pontifices alii Cardinali oretenus injungunt, alicuius controversie in informationem, ad effectum ut referat, vel componat; non autem ut decidat, & sic pro audiendo ejus voto omisit, non autem decidit.

Deducebam item (licet cessante necessitate causæ in decisionibus ex prudentialibus forte motus omisit) fit in hujusmodi